
Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

[illegible]
LB XVIII 302862
DA BOX

35,-148
8°
ex. 1
(LN bis 72)

BIBLIOTHECA REGIA · HAFNIENSIS ·

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

PALAE-PHATI DE NON CREdendis Hiſtorijs, Libellus vtiliſſimus.

PHORNVTI de natura Deorum libellus, Iodoco Velareo interprete.

EPITAPHIVM Iſabellæ illuſtriſs. Danorum reginæ, Cornelio Sceppero autore.

Luciani de Aſtrologia Oratio.

Væneunt Antuerpiæ à Gregorio Bontio, ſub ſcuto Baſilienſi.

AN. M. D. XXVIII.

menſe Octobri.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

REVERENDO PATRI D. IOANNI à Duyſens Abbati à Boudelo cognato ſuo, Iodocus Velareus S. P. D.

QVemadmodũ apud Homerũ reliquis tacentibus ac iniuriã muſſitantibus, Præſul integerrime, ſolus Therſites qui αἴσχιςος δ᾽ ἀνὴρ ὑπὸ ἴλιον ἤλθε publice ſtomachatus eſt Achillẽ uirtutibus inſtructiſſimum uirum inhonoratũ ſedere dicẽs: καὶ νῦν ἀχιλῆα ἕο μέγ᾽ ἀμείνονα φῶτα ἠτίμησεν, Sic ego quoq; infimus ac neutiquã doctis annumerandus uirum ut doctiſſimũ ſic literatos oẽs fouentẽ ac tanq̃ ſinu geſtantẽ ægre ferens ſic taceri, ac nõ ſuauioribus & amœnioribus camœnis humo tolli, me temperare nequibam quin id publicitus teſtarer: Nã quũ nuper prorſus ſucciſiuo ac tumultuario ſtudio (enixiorẽ enim operam aliis diſtrictus animus omnino negabat) tranſtuliſſem Palæphati de non credendis Hiſtoriis libellum, & Phornuti de natura Deorum, idq; ſolum ut ingenii noſtri alacritas iampridem malis neſcio quibus laſſa ac torpida reuiuiſceret, & agitata in ueteres reſurgeret uires, amici utilitatis cuiuſdam hinc (ut ipſi quidem exiſtimabant) ad ſtudioſam iuuentutem rediture præſtigiis mihi oculos faſcinantes æditionis alæam ſubire coëgerunt. Itaq; uiſum fuit præſul ampliſſime hos

 lætiſſi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

lætiſſimis tui nominis auſpiciis in publicum emittere, nõ me hercle quod his putem aliquid acceſſionis tuæ famæ ſplendori adiunctum iri, hoc certe eſset iuxta prouerbium, Soli lumen mutuare, nec (mihi crede) ſum tam cæcus ut nõ uideam quantum id ſit infra magnitudinis tuæ faſtigium, ſed quæ tua eſt humanitas non dedignaberis ad hanc tenuitatem te ſubmittere uel ut creſcenti nepotulo ſtimulos addas ac tractum in animo noſtro qualibuſcunq; exercitiis feruorem ſubditis tuæ admonitionis facibus incendas atq; inflammes: Proinde ſecundum Senecæ ſententiam tibi ueniat gratius quod facile q̃ plena manu datur.

Vale uir integerrime, & me tuo nomini deditiſſimum, in tuorum numerum cooptato.

Antuerpiæ An. M.D. XXVIII. *menſe* Septembri.

PALAE-
PHATVS DE NON CRE-
dendis Hiſtoriis.

HÆC certe de non credendis Hiſtoris conſcripſi, At inter hoĩes hii quidem omnibus quæ dicuntur fidem habent, nempe qui à ſapientia atq; omni eruditione alieni ſint: Verum alii natura ſagaciores et curioſi prorſus illis fidem abrogant, nihil uidelicet huiuſmodi geſtum eſſe: Cæterum, ut mea quidem fert ſententia, geſta ſunt quæ dicuntur omnia, nec id nomine ſolum, alioqui nullus de illis promanaſſet ſermo, ſed primum opere exhibita, deinde ſermone iactata: At quaſcunq; tum fuiſſe formas ac figuras ꝓhibent quas nunc uidere non eſt, has quoq; ne tum quidem fuiße cenſemus, etenim ſi tum & aliquando fuiſſent, quid obſtaret quo minus & iam & in futurum eſſe poßint: Non poſſum enim non probare è ſcriptoribus Meliſſum & Lamoſcum illū Samium dicentes quæ à primordio rerum facta ſunt, ea quoq; iam eſſe et in poſterum fore: Verū Poëtæ et Oratores quædam ſupra fidem & ad miraculum uſq; extulerūt, ut alios in admirationem

adducerent, At me nō præterit huiuſmodi ne eſſe quidē poſſe, quo dicuntur modo: Sed id ſæpius mecum agitaui, quod ſi geſta non eſſent, haud quāq̃ fore ut narrarētur. Itaq; peragratis multis regionibus, è ſenioribus ſciſcitatus ſum, ut de ſingulis rem ipſam diſcerem. Proinde iam quæ de his accepi, memoriæ prodam, & loca ipſa perluſtraui, ubi horum quodq; geſtum eſt. & conſcripſi hæc, non tanq̃ ea quæ ſolum uulgari ſermone iactata ſunt, ſed quæ ipſe adii & liquido percepi.

DE CENTAVRIS.

QVod Centauri feræ quidem fuerint, & dempto capite, prorſus equinam habuerint figuram, ſi quis ſit qui credat tale unq̃ animal in rerum natura productum, prorſus his quæ fieri nequeant fidem adhibebit: Nihil enim conuenit humanæ naturæ cum equina, neq; alimentum eſt ſimile, non poteſt enim per os ac guttur humanum tranſmitti equinum alimentum: Deinde ſi huiuſmodi figura tum fuiſſet, & iam quoq; eſſet. At rei ueritas ſic habet: quū Ixion Theſſaliæ imperium obtineret, in Peleo monte taurorum armentū efferatum quicquid eſſet montis reliquum deuaſtauit, deinde in regiones excurſionē faciens, arbores & fructus lædebat, & iumenta corrupit: Itaq; preconio edictum curauit Ixion, quod ſi quis hos tauros

ſuſtuliſſet, huic magnam pecuniarum uim daret. Proinde iuuenes quidā in montis pede è uilla quadam Nephele appellata, equos Celetas inſtruere meditantur, Nam antea equitandi artis imperiti, ſolum utebantur curribus: & ſic equos conſcēdentes, eos ad locum ubi tauri erant agebant, & irruentes in armentum, iaculis configere nitebantur, ac ubi inſequerētur tauri, tum ſe in fugam conuertebant adoleſcentuli, uelociores enim erant equi: Verum ubi conſtiterint tauri, reuerſi adoleſcentes iaculabātur, & hoc pacto ſuſtulerunt eos: atq; hinc nomen cœperunt Centauri, quod tauros κατέκεντουν .i. pupugerunt. quandoquidem nil tauri adeſt centauris, ſed equi hominisq; figura eſt, ab opere ipſo ducto nomme. Accepta igitur ab Ixione pecunia, ob rem geſtam ac opes, animos ſuſtulerant, ac infeſti & ſuperbi multa intulerunt mala, & quidem ipſi Ixioni, qui ciuitatem nunc Lariſſam uocatam, habitauit. At regionis incolæ Lapithæ uocabantur. Sunt autē hi à Lapithis appellati Centauri in conuiuio: nam ebrii illorum uxores rapuerunt, & in equos collocātes, ad locum ſe unde uenerant fuga coniiciunt: Proinde cum Lapithis geſſerunt bellum, & noctu in campos deſcendentes, inſidias ſtruxerunt, at die exorto. receperunt ſe in montes: aufugientibus illis, ſolum equo-

rum caudæ & hominum capita apparebant. Itaq; nouum ſpectaculū uidentes, Centauri, inquiunt, è Nephele adcurrentes multis nos malis mulctarūt. Atq; ab hac loquendi figura nō credenda eſt conficta fabula, tanq̄ ἐκ τῆς νεφέλης è nube homo et equus in monte naſceretur.

DE PASIPHAE.

IN fabulis eſt illam amore exarſiße in taurum, deinde Dædalum ligneam ſtruxiſſe uaccā, inq; illa incluſiſſe Paſiphaen, atq; hoc pacto conſcendentem taurum mulieri miſtum fuiſſe: Hanc autē peperiſſe filium humano quidem corpore ſed capite bouino. At ego nō poſſum adduci, ut credam id ita factitatū eſſe. Primū enim fieri haud potis eſt, ut diuerſum animal alterius diuerſi amore teneretur. Nam poßibile non eſt, canem & ſuem, lupum & hyænam ſibi mutuo cōmiſceri: diuerſi enim generis ſunt. Nec mihi probatur taurum poſſe cum lignea uacca coire: neq; enī ſufferre potuiſſet mulier conſcenſorem taurum, nec geſtare cornutum embrionem. At rei uæritas ſic habet: Aiunt Minoa è teſtibus laboraſſe, à Cride autem Pandionis filio curatum fuiſſe: At inter curandū erat in Minois comitatu formoſus quidam adoleſcens, nomine Taurus, cū quo Paſiphae amore capta corpus miſcet, ac puerum in utero concipit: Verum Minos

ſup-

ſupputato tempore ex quo è uerendis laborare cœpiſſet, cognouit hunc puerũ ex ſe natum non eſſe, ſed ex adoleſcente Tauro. At trucidare noluit infantem, quod ſuorum liberorum frater eſſe uideretur, ablegat igitur illum in montem, ut famuli officium præſtaret paſtoribus: Sed hic paſtoribus noluit morem gerere. quod ubi reſciuiſſet Minos, illum à ciuibus comprehendi iuſſit, at ſi ſequeretur uolẽs, ſolutus ueniret: ſin ſecus, uinculis cohibitus: Quod ubi ſenſißet adoleſcẽs, ſubducit ſeſe in montes, & illic ex taurorum rapina uitam tolerabat. Quum igitur Minos ad comprehendendum illum copioſiorẽ turbam miſiſſet, hic puteo altius effoſſo ſe continebat, at hoc in loco etiã Taurus erat. Porro ſi quis Minoi in magno aliquo facinore comprehenſus fuiſſet, eò ablegabatur, ut de illo ſuppliciũ ſumeret Taurus. Quũ igitur aliquando Theſeum hoſtem cepiſſet, tanq̃ occidendum ad Taurum ablegauit: quod quum percepiſſet Ariadne, in carcerem præmiſit enſem, quo Theſeus Minotaurum ſuſtulit.

DE ACTÆONE.

Actæona à propriis canibus deuoratũ eſſe ferunt: at id falſum eſt. ſiquidem canis dominum ſuum q̃ maxime amat, & præſertim uenatici omnibus adblandiuntur. Quidam dicunt illum

à Diana prius in ceruum mutatum à canibus decerptum eſſe. At mea quidē ſententia nō poteſt quod uult, facere Diana, proinde uæritati haud concinit è uiro ceruum feciſſe, aut è ceruo uirum. Cæterū has fabulas contexunt Poëtæ, ut auditores in deos contumelioſi non eſſent. Sed rei uæritas ſic habet. Actæon uir fuit genere Arcas, uenationi deditus hic multos aluit canes, ac in mōtibus uenationi uacabat: At rem domeſticam omnino habebat neglectui: Siquidem tum temporis homines ipſi pro ſe opus agebant: ſeruos autem prorſus nō aluerant, ſed quiſq; pro ſe ſtrenue agriculturæ operam dabat. & hic cæteros opibus anteibat, qui rus coleret, ac plus laboris in rem ſuam contulerit. Værū Actæon rem familiarē prorſus negligens, & hanc poſthabens uenationi, uniuerſis facultatibus exciderat: At quum nihil eſſet illi reliquum, dicebant paſſim: O miſer Actæon qui à propriis canibus deuoratus ſis. Siquidem & iam ſiquis ſcortis facultates ſuas decoxiſſet, conſueuerunt dicere, illū a ſcortis deuoratū eſſe. At tale quid uſuuenit Actæoni.

De hominiuoris equis Diomedis.

FAbulantur Diomedem equos ſuos humanis carnibus pauiſſe, Sed id ridiculum: huic enim animali hordeum ac fœnum edulium eſt carne humana ſuauius. At rei uæritas ſic habet: Quum antiqui

tiquitus omnes operarii eſſent, & uictu atq; aliis id genus opibus abundarent, qui terram q̃ optime colerent, ipſe tamen equis alendis operam dabat, atq; tantiſper ſe equis oblectauit, donec ſua omnia prodegiſset atq; expendiſſet in equorũ curã: Itaq; familiares eius equos hominiuoros nominarunt: & hinc quoq; duxit originem hæc fabula.

DE ORIONE.

IOuis, Neptuni, & Mercuri eſt filius, nam Hyrieus Neptuno & Alcyone, una filiarum Atlantis prognatus habitabat Tanagram Bœotiæ ciuitatem & admodum hoſpitalis exiſtens, accepit interdum deos hoſpitio: At quum Iouem & Neptunum & Mercurium hoſpitio habuiſſet, illi beneuolentiam hominis ſuſcipientes, adhortabantur ut quod uellet peteret. At hic prole carens filium petiit. Itaq; Dii in bouis corium ab hoſpite acceptum ſemen ſuum effuderunt & iuſſerunt in terra occultare & decimo, ab hoc, menſe eximere, quibus tranſactis natus eſt Οὐρίων ſic nominatus quod Deorum urina fuerit genitus, deinde euphoniæ gratia Orion dictus eſt. At hic ſimul cũ Diana ſe uenatione exercens, illi uim adferre conatus eſt, ſed irata Dea, eduxit è terra ſcorpionem qui illum ad calcaneum feriens interemit, Verum miſertus Iupiter illum inter aſtra retulit.

De Spartis Gigantibus.

DIcitur Cadmus occiſo (ut aiunt) in lerna dracone dentes electos ſeminaſſe in propria terra, deinde hinc natos eſſe uiros armatos, quod ſi uerum fuiſſet non eſſet inter mortales qui ſeminaret aliud q̃ draconum dentes, at rei uæritas ſic habet: Cadmus genere erat phœnix Thebas ad fratrem ſuum profectionem moliebatur ob imperiũ bellum ſuſcepturus. At inter alia multa pro regiæ fortunæ ſplendore etiam elephantinos dentes habebat: Cæterum Thebanorum rex erat Dracon Martis filius, quo trucidato regnabat Cadmus At Draconis amici, bellum cum eo geſſerunt & filii quoq; Draconis ſurrexerunt in illum, At quum inferiores deceſſiſſent Draconis filii direpta Cadmi pecunia, ac elephantinis dentibus eo ſe fuga proripuerunt, unde orti ſunt: Verum alii alio diſperſi hii quidem in Atticam, hii autem in Peloponeſum, alii uero in Phocida, alii contra in Locrida fugierunt, à quibus regionibus uenientes arma intulerunt Thebanis, erant enim in bello præſtrenui, Vbi igitur direptis elephantinis (quas Cadmus habebat) dentibus fugiiſſent, dicebant Thebani: hæc mala nobis induxit occiſo Dracone Cadmus, nã ex illius dẽtibus multi & boni uiri nos bello laceſcũt quod quũ ita contigiſſet conficta eſt hæc fabula.

De Sphin

De Sphinge.

CAdmæam Sphingem animal fuiſſe perhibent canino quodãmodo corpore, capite autem & facie uirginis, ac alis auis, uoce humana, ſedens autem in monte Sphicio, ænigma aliquod ſingulis ciuibus proponebat, at ſoluere neſcientem, occidit: ſed quũ Oedipodes ænigma ſoluiſſet, ſeipſam in præceps datam interemit. Eſt ſane hic ſermo haud quaq̃ credendus, & impoſsibilis: Neq; enim huiuſmodi ſpecies poſſet eſſe, at quod qui ænigmata non potuiſſet ſoluere, ab ea occideretur, puerile eſt: & uanum Cadmæos iaculis non confixiſſe beſtiam, ſed conſpexiſſe ſuos ciues tanq̃ hoſtes ab ea deuorari. At uæritas ſic habet: Cadmus habens uxorem Amazonida, cui nomẽ erat Sphinx, Athenas conceſſit, & occiſo Dracone, eius imperiũ arripuit, deinde poſt, Draconis ſororẽ ſibi quoq; cui nomen erat Harmoniæ, uxorem adiunxit. Itaque quum reſciiſſet Sphinx aliam duxiſſe illum uxorẽ, multis e ciuibus eò adductis ut ſuæ factionis eſſent ac magna pecuniarũ ui ſubducta, et accepta quoq; ueloci cane quam ſecum duxerat Cadmus cum his in ſupradictum montem Sphingium ſe recepit, & hinc Cadmum bello adoritur. Porro ſingulis diebus ciues Cadmæos inſidiis oppreſſos occidit. Vocant enim Cadmæi, inſidias, ænigma. Proinde uul

gari

gari ſermone ferebatur apud Cadmæos : Sphinx propoſito aliquo ænigmate nos occidet. Atqui æni gma.i.inſidias, inueſtigare nemo poterat. Itaq; rex preconio enunciari iubet, Sphingē occidenti, maxi mam ſe dinumeraturum pecuniam. Cæterum quum Oedipodes Corinthius, uir admodum bellicis rebus præcellens, et equum habens uelocem, ueniſſet, aſ-ſumptis ſecum nonnullis Cadmæis noctu ad mon-tem concedens, occidit Spinga. His igitur ſic ge-ſtis commode eſt conficta fabula.

DE VVLPE.

VVlpem Telmæſiam abreptos Cadmæos de-uoraſſe ferunt, Eſt ſane q̄ ſtolidum: Nullū enim animal eſt terreſtre quod rapere & auferre hominem poſſet, at Vulpes paruum eſt animal & imbecille, ſed huiuſmodi q̄d fiebat: erat inter Thebanos uir præſtans ac bonus Alopex nomine, qui aſtutia ſua ac prudentia uincebat omnes. Itaq; rex ueritus ne ſibi quoq; inſidias ſtrueret oppido illum expulit, hic ille maximo conflato exercitu collē uo catum Telmeſum occupauit, unde exſiliens depre-dabatur Thebanos, ferebatur autem paſſim, Alo-pex in nos excurſionem facturus ſecedit, ſed uenit uir quidam nomine Cephalus, genere autē Athe-nienſis cū magno exercitu ſuppetias laturus The-banis, hic autem & Alopeca occidit & exerci-

tum

tum loco expulit.

DE NIOBE.

N*Iobem etiamnum uiuentem ſuper ſuorum filiorum tumulum in lapidem uerſam eſſe perhibent. At qui credit è lapide hominem fieri, aut ex homine lapidem, ſtolidus plane eſt, ac ſenſus cõmunis expers. Sed rei uæritas ſic habet: Niobe mortuis ſuis filiis, lapideam columnã ſibi extructam curauit, ac filiorum ſepulchro impoſuit. Et hanc nos quoq; aſpeximus eodẽ, quo dicitur modo.*

DE LYNCEO.

L*Yncea quæ ſub terra ſunt uidiſſe dicũt: ſed illud falſum ac uanum eſt. At rei uæritas ſic habet: Lynceus primus incepit indagare ferrum & argentum, ac reliqua: Verum in hac indagatione lucernas ſub terram ferens, has quidem hic reliquit, ſed ferrum & argentum retulit: Dicebãt igitur Lyncea quæ in terræ penetralibus recondita erant, uidiſſe, & terram ſubeuntem retuliſſe argentum.*

DE CÆNEO.

C*Æneũ inuulnerabilem fuiſſe dicebant, uerũ qui exiſtimet ferro uirum uulnerari non poſſe is à cõmuni hominũ ſenſu prorſus abhorret, at uæritas ſic habet: Cæneus erat natione Theſſalus, armis præſtãs ac pugnæ gnarus: Itaq; quũ mul*

tis prælijs interfuiſſet, nunq̃ tamen uulneratus eſt neq; à Centauris eſt interemptus cũ Lapithis præſidio eſſet, ſe illum correptum terra obruerunt ac ſic uitam finiit. Lapithæ igitur quum eius cadauer inueniſſent idq; non uulneratum deprehenderent hunc diſperſere rumorem, Cæneus per totam uitã inuulnerabilis fuit & ſic quoq; mortuus eſt.

DE CYCNO.

IDem quoq; eſt ſermo de Cycno illo colonæo, nam & illum inuulnerabilem fuiſſe ferunt, porro quoq; haſta etiam ualebat, ac rei bellicæ gnarus erat: Verum in Troia ab Achille lapide percuſſus non uulnerabatur. Proinde qui eius cadauer uiderint inuulnerabilẽ fuiſſe dicebant, ſic ille etiã inuulnerabilis uocatus eſt: Verum hunc ſermonẽ retundit ac mihi patrocinatur Æas ille Telamonius, nam & ille quoq; inuulnerabilis dictus eſt, quum tamen ſuo ipſius gladio ſibi uitam ademerit.

De Dædalo & Icaro.

AIunt Minoa Dædalum ac Icarum ob quandam cauſſam detinuiſſe filios eius exiſtentes, At Dædalus appoſititiis ſibi conſtructis alis effugit cum Icaro. Cæterum fieri non poteſt, ut quis exiſtimet hominem uolaſſe, idq; appoſititias habentem alas, ſed quod dicitur, huiuſmodi quid erat, quum carcere detineretur Dædalus ſeipſum

per

per feneſtram demittens, ac ſcaphulam ingreſſus nauigio moliebatur effugere, qua re cognita minos naues illos inſequuturas emittit, quod quum ſenſiiſſent Icarus & Dædalus uento impetuoſo et uehemente uolantes, euertuntur in mari: At Dædalus in terram delatus ſeruatur, Verum Icarus in mari mortem obiit, ſed fluctibus eiectus apud patrem ſepelitur.

De Atalante & Melanione.

DIcunt de Atalante & Melanione, illam quidem in leænam, hunc autē in leonem tranſmutatum fuiſſe: At res ipſa eſt huiuſmodi, Atalante & Melanion uenationi uacabant, perſuadet igitur puellæ Melanion ut ſecum concumberet. Itaq; in antrum quoddam cum hac congreſſurus ſe abdit At erat in antro leonis & leænæ lectus, qui audita uoce egreſſi hos qui circa Atalantem erant ſuſtulerunt, ſed aliquanto poſt tempore leæna & leone egreſſis, qui cum Melanione uenandi ſtudio uenerant in hæc animalia, eos mutatos eßе ſibi perſuaſerunt: præpropere igitur ad oppidum contendentes, talem de Atalante & Melanione rumorē diſſeminarunt, nēpe illos, in leones mutatos eſſe.

DE CALLISTO.

ETiam de Calliſto talis eſt ſermo: Inter uenandum nimirū illam in Vrſam uerſam eſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

At mea quidem ſententia eſt, illam quoq; ab Vrſa inter uenandum oblata, deuoratã eße. Deinde uenatores illam ad Vrſæ cubile properantem nec redeuntem conſpicientes, dixiſſe puellam in Vrſam mutatam fuiſſe.

DE EVROPE.

EVropam Phœnicis filiam Tauro per mare uectam è Tyro in Cretam perueniſſe fabulantur: At mihi uidetur, neq; taurum neq; equum, tantum maris ſpacium nando traiicere potuiſſe, nec puellam ualuiſſe agreſtem taurum conſcendere, Atqui Iupiter ſi Europam in Cretam uenire uoluiſſet, inueniſſet utiq; iter illi cõmodius, At rei uæritas ſic habet: Vir quidã Cnoſius Taurus noïe Tyrenenſi regioni bellum inferebat, poſtremo autẽ è Tyro inter alias puellas rapuit etiam & regis filiam Europam, Proinde ferebatur Europam regis filiam Taurum auexiße, atq; hac re ſic geſta conficta eſt fabula.

De Dureo equo & Troia.

AIunt Græcos equo ligneo deuaſtaſſe Iliũ, ſed eſt admodum fabuloſus ſermo, At hæc eſt rei uæritas: Ligneũ extruxerunt equum portis maiorẽ, ut ne tractu quidẽ ingredi poßet, ſed magnitudine excederet, deinde in concauo ad urbẽ loco, inſidiis collocatos habebãt milites, qui Græcorum

inſidiæ ad hūc usq; diem appellatur. Ad hæc trāſfuga in Ilium ueniens Simon ſuadet Troianis, ut equum inducerent, addens haud quaq̄ ingreſſuros Græcos, cui auſcultātes Troiani etiam dirutis portis equum inducunt, deinde illis conuiuia agitantibus, irruunt Græci, & ſic capta eſt Troia.

DE ÆOLO.

AEolum uentorum regem fuiſſe perhibent, qui Vlyſſi in utero dedit uentos, at quid de hoc ſit nemini puto eſſe in ambiguo: Nam uidetur aſtrologus fuiße Æolus ac Vlyßi tempora quibus uenti oriantur demonſtraſſe. Aiunt quoq; illū ferreo muro ſuam cinxiße ciuitatem, quod falſum eſt, milites, ut puto, habebat præſidio ſuam ciuitatem ſemper tuentes.*

De Heſperidis.

FAbulantur mulieres quaſdam fuiſſe Heſperidas, atq; his poma fuiſſe aurea, in horto quē cuſtodiebat draco, ad quæ Hercules etiam expeditionem faciebat, at rei uæritas ſic habet: Heſperus erat uir quidam Mileſius qui Cariam habitabat, & duas habebat filias, Heſperidas uocatas, huic autem oues erant, pulchræ ſimul & fœcūdæ, quales & nunc quoq; habet Miletus, atq; ob id aureæ ſunt appellatæ (aurum enim res eſt longe pulcherrima) erant autē inuſitatæ pulchritudinis. Cæ

terum oues græca uoce μῆλα uocantur, quas cũ Hercules prope mare paſcentes uidiſſet, adactas naui impoſuit, & paſtorẽ nomine Draconẽ domũ reduxit, Heſpero nõ amplius ſupſtite, ſed etiã nũ in uiuis agebãt ſuæ filiæ: Itaq; dicebat populus, ut dimus aurea mala quæ Hercules ex Heſperidis abegit Dracone cuſtode occiſo, & hinc conficta eſt fabula.

De Cotto & Briareo.

AIunt hos, mortales cum eſſent, centũ tamẽ manus habuiſſe, At quomodo non ſtolidũ eſt iſtuc, porrò rei uæritas ſic habet: Erat autem ciuitati quam illi habitabant Hecatontachiriæ nomen, & fuit urbs regionis, nunc uocatæ Oreſtiadis, proinde dicebat populus Cottum et Briareũ & Gygem Hecatontachirienſes diis opem ferẽtes Titanas olympo depuliſſe.

DE SCYLLA.

DIcunt in Tyrena Scyllam animal quoddam fuiſſe mulierem quidem ad umbilicum usq; Inde illi canina capita fuiſſe agnata, At reliquo corpore ſerpentem eſſe, ſed animi eſt parum ſani huiuſmodi naturam cogitare, at rei uæritas ſic habet: Tyrrenorum inſulæ erant, quæ circumquaque Siciliæ regionem diripiebant, ac ſinum Ioniũ, erat autem triremis admodum uelox Scylla cognoĩe

quæ

quæ reliquas naues acceptas ſæpius deſtruxit,& de illa plurimus erat ſermo, hanc nauim Vlyſſes uehementi atq; impetuoſo uento uſus effugit,narrabat autem in Cercyra Alcinoo,quo ſe pacto eſſet inſequuta,& qui effugerit,ac formã nauis,atq; hinc promanauit fabula.

DE DÆDALO.

IN fabulis eſt Dædalum ſculpſiſſe ſtatuas, quæ incedebant,uerum ſtatuas per ſe ire poſſe mihi certe impoſſibile uidetur,at rei uæritas ſic habet: Sculptores tum temporis fecerunt ſtatuas pedes habentes agnatos,uerum Dædalus uno pede incedentes. Porrô hoĩes quam feciſſet Dædalus ſtatuã ingredi dicebant,quum ne ſtare quidem potuerit, quẽadmodum & nũc dicimus,belligerantur quoq; homines depicti,et currunt equi,et hyemat nauis.

DE PHINEO.

SCribunt de Phineo,Harpiias mentem eius diſtuliſſe, ſed aliqui cenſent beluas alatas cœnã Phineo abſtuliſſe. At uæritas ſic habet: Erat Phineus rex Pæoniæ: Porrô eum ſenem factum deſtituit uiſu, At quas haberet proles maſculas,mortẽ obierunt,ſed filiæ erant illi Pyria & Eraſia quæ patris bona decoxerant. Itaq; dicebant Poëtæ,miſer Phineus quia Harpiiæ eius facultates corruperunt. Cæterum Zethus & Talais ciuitatis

uicini Boreæ haud obſcuri uiri filii, commoti miſericordia, ei ſuppetias uenerunt, & urbe exegerũt filias, & conflata pecunia, eum conſtituerunt Thraciæ præfectum.

DE METRA.

A *Iunt Metram Eriſichthonis filiam (ut Poëta uoluit) mutaſſe formam, ſed eſt ridicula fabula, qui enim uoriſimile è puella bouem factã eſſe & iterum canem aut auem, ſed uæritas ſic habet: Erat Eriſichthon uir Theſſalus, qui re perdita ad paupertatem redactus eſt, Habebat autẽ filiã nomine Metram, pulchrã & uenuſtam, ita ut quẽlibet ſpectatorẽ in ſui amorem pertrahere poſſet. Atqui tum uiri non pecunia prociebant, ſed obtulerunt, hi quidem equos, hii autẽ boues, alii oues, pro uoto ipſius Metræ. Proinde Theſſali uidentes facultatibus auctum eſſe Eriſichtonem, dicebant illi filiam aut equum, aut bouem, aut aliud quid factã eſſe, & hinc traxit fabula originem.*

DE GERYONE.

F *Erunt Geryonem tricipitem fuiſſe, at fieri nequit ut unum corpus tria haberet capita, ſed id erat huiuſmodi: Fuit Geryon inter ſui ſæculi homines, magni ac celebris nois, diuitiis atq; aliis præcellens, habebat quoq; admirandum bouum armentum, ad quod quum ueniſſet Hercules, reniten*

tem

tem Geryonem occidit, & boues circumactæ ſpectatores in ſui admirationem pertraxerunt, erant enim ſtatura quidem paruæ, a capite ad ſupercilia paruæ quoq; & ſimæ, nec cornua habebant, ſed oſſa longa & lata. Itaq; ad ſciſcitantes dicebant quidam: Hercules tricipiti Geryoni has abegit boues, ex quo dicto, quidam Geryonem tria habuiſſe capita putarunt.

De Glauco Siſyphi filio.

ET hunc quoq; a propriis equis deuoratum eſſe perhibent, ignorantes illum rem familiarem prorſus neglectui habentē & magnos ſumptus tolerantem ſuas facultates contriuiße ac delapidaſſe.

De alio Glauco Minois filio.

ESt quoq; & hæc ridicula fabula, quod Glaucum melle interemptū Minos in tumba defoſſit Polyidon Argiuū, qui cum uidiſſet draconē alteri mortuo draconi herbam imponentem ac ſic reſuſcitantem, idipſum fecit, & Glaucum uitæ reſtituit. At id fieri non potuit, ſed tale quid fiebat: Glaucus abſorpto melle cōturbabatur, ac plurima illi bile commixta animæ patiebatur deliquium. Proinde adierunt illum multi medici, & inter cæteros etiam Polyidos, qui conſpecta herba quam à quodam medico didiciſſet cui nomen erat Dracon

ea utens, ſanitati Glaucum reſtituit. Itaq; dicebãt, Polyidum reſuſcitaſſe melle interemptũ Glaucum

De Glauco marino.

CElebre eſt hunc quoq; Glaucum commeſta quadam herba immortalitatem adeptũ eſſe atq; etiam nunc in mari degere. Porrò in hanc herbam ſolum Glaucum incidiſſe, admodũ eſt ſtolidũ ac puerile, aut hominem, aut aliud quoddam terreſtre animal in mari uitam agere. At rei uæritas ſic habet: Erat Glaucus piſcator genere Anthedonius urinandæ artis peritus, idq; adeo ut oẽs ſuæ ætatis urinatores longe à tergo reliquerit. Cæterum quum aliquando in portu urinaretur, ſpectantibus oppidanis in locum quemdam tranſnatabat, ac ſuis familiaribus ad dies aliquot non uiſus, tranato portu, iterum ſub conſpectum prodiit. At ſciſcitantibus illis ubi nam moram traxiſſet, ipſe mentiens, inquit, in mari & piſcibus quibuſdam hoc in loco concluſis, brumali tempore, quũ nemo aliorũ piſcatorum piſces potuerit capere, dicebat ciuibus quoſnam ſibi uelint referri piſces, & adferẽs quos uolebant, Glaucus marinus eſt appellatus, & tandem beluæ marinæ occurrens periit, uerum quum è mari non rediret fabulabantur illum in mari domum habere, atq; inibi uitam agere.

De Bellerophonte.

Ferunt

FErunt equum alatum Pegaſum uexiſſe Bellerophontem, at meo iudicio nunq̃ potuit uolare equus, ne quidem & ſi omnes uolatiliũ alas ſibi aſſueret, ſi enim tale unq̃ in rerum natura fuiſſet animal, & iã quoq; eſſet, hunc porro dicunt Amiſodari Chimæram ſuſtuliſſe: Erat enim Chimæra (ut aiunt) à fronte leo, à tergo draco, ac medio Chimæra, At alii putant tale fuiße animal tria habens capita, ſed fieri non poteſt ut leo ſimili uteretur alimento, at deinde id quod mortali eſt natura ignem efflare, ſtolidum eſt, quod tandẽ ex illis capitibus corpus ſequeretur. Cæterũ rei uæritas ſic habet: Erat Bellerophontes natiõe Phryx Corintho oriundus, forma pariter ac uirtute præeminens, qui longa extructa naui maritimas depredabatur regiones atq; nomen huic naui erat Pegaſo, quemadmodum etiam num quælibet nauis nomen habet, ac magis naui q̃ equo id nominis uidetur congruere. At rex Amiſodarus Xanti fluuii erat accola, huic mons arduus erat conterminus nomine Telmeſius, & ad montem illum duo erant aditus à fronte è ciuitate Xantẽſium, tertius autẽ erat à tergo Cariæ, reliquum autem montis precipitium erat, porro in medio magnus eſt terræ hiatus, unde etiam ignis redditur, his quoq; alius mõs additur nomine Chimæra, atqui id temporis, ut in-

colæ narrant, in pede huius montis à fronte leo à tergo habitabat draco qui certe non parum paſtoribus & ſaltuariis nocebant, tū utiq; Bellerophontes aggreſſus montē incendit, ſic Telmiſus conflagrabat & beluæ perierunt, Itaq; dicebant incolæ Bellerophontem Pegaſo aduectum Amiſodari Chimæram perdidiſſe, & hac re ſic geſta, conficta eſt fabula.

De Pelope & equis.

PElopen alatis equis in Piſſam ueniſſe dicūt, quum Hippodamiam Ænomai filiam ambiret in ſponſam, at ego eadē de Pelope cenſeo quæ de Pegaſo, ſi enim Ænomaus cognitum habuiſſet alatos fuiſſe Pelopi equos, haud ſane permiſiſſet ſuā filiam eius currum conſcendere, proinde dicendū eſt nauigio ueniſſe Pelopa, in quo depicti erāt alati equi, quo rapta puella ſe fuga abſtulit, unde conficta eſt fabula.

De Phrixo & Helle.

SCribunt Arietē prædixiſſe ei futurū ut pater illū pro uictima diis oblaturus eſſet, illumq; aſſumpta ſorore, Arietē conſcēdiſſe & ꝑ mare ueniſſe in Euxinum pontum, quod creditu ſaneq̄ difficile eſt, nempe Arietem non ſecus atq; nauigium mare tranſmiſiſſe, idq; uehentem duos homines, & ubi cibaria & pocula huius pariter ac illorū? nō enim

enim potuiſſent tanto tempore ſine cibo durare, deinde Phrixus ſuum ſeruatorē Arietem mactauit & pellem detractā in dotem dedit Æetæ filiæ (nā Æetes Colchorū tenebat imperiū) hic uide quanta erat uellerum raritas, ut etiam rex in dotē propriæ filiæ uellus acceperit, adeo ne parui duxit ſuā filiam? iam quidā ut riſum declinent, aureū aiunt id uellus fuiſſe, at ſi aureū, parum decorum fuit id regem ab hoſpite ac extero homine accipere, dicitur quoq; Iaſonem ob inauratam Arietis pellē Argo cōſtruxiſſe, ac Græcorū præſtantiſſimos quosq; uiros delegiſſe, uerum enimuero non eo ingratitudinis deuenit Phrixus, ut illū mactaſſet, à quo tantum acceperit beneficium, neq; etiam ſi ſmaragdinum uellus fuiſſet ad id nauigaſſet Argo, ſed rei uæritas ſic habet: Athamas Stoli græci filius Phrygiæ regnū obtinebat, ac erat illi reddituarius quē in primis fidum exiſtimauit nomine Crios. i. aries qui ubi ſentiiſſet Athamanta in animo habere trucidare Phryxum, id Phryxo aperit: tum Phryxus nauim parat, ac magnam auri uim impoſuit, inerat quoq; mater Pelopis Aurora uocata, quæ etiā imaginem pecunia ſua factam naui impoſuit, proinde cum pecuniis & Phryxo & Helle naui impoſitis oram ſoluit Crios ac Helle inter nauigandum in morbum incidens obiit, unde Helleſponto nomen

eſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

eſt inditum, uerum ipſi in Pharum delati, hic ſedes figunt, atq; Phryxus Æetæ Colchorũ regis filiam ducit uxorem, huic in dotem dans Auream Auroræ imaginem, non autem uellus arietis, & ſic habet uæritas.

De Phorcynis filiis.

ET *de his longe abſurdior fertur ſermo, nẽpe Phorcynen tres habuiſſe filias, quæ ſolum unum oculum habentes, eo alternis uicibus utebãtur: nam cui oculus uſui fuit, hæc illum capiti impoſuit, & ſic uidebat, & illa aliis reddente, factũ eſt, ut omnes uiderent. Cæterum Perſeus à tergo ueniens tacito greſſu, illam quæ tum oculum tenebat apprehendit, ac ſtricto gladio, uult ſibi oſtẽdi Gorgonem, quod ni fecerint, eas ſe trucidaturum minatur. At hæ metuentes, oſtendunt: Porro hic præſecto Gorgonis capite p aẽra abiit, illoq; oſtenſo Polyecten in lapidem mutauit quin & illud abſurdum, Vnum hominem uiſo mortuo capite oblapideſcere quæ tandem tanta cadaueri uis inerat? Cæterum tale quid fiebat: Erat Phorcyn uir Cyrenæus, nam Cyrenæi Æthiopia ſunt oriundi, ſed habitant inſulã Cyrenẽ, ſitam extra colũnas Herculis, uerum colunt Lybiam ad Carthaginẽ circa fluuium Aunona, ubi magna auri eſt copia, itaq; hic Phorcyn Herculis colũnis imperauit (Sũt aũt*

tres

tres)extruxitq; auro magnam Mineruæ ſtatuam, Mineruam enim Gorgonem appellant Cyrenæi, quemadmodum Thraces Bendiam Dianam, Cretẽſes autẽ Dictynam, Lacedæmonii uero Vpin. Porro Phorcyn anteq̃ in Mineruæ templum collocata eßet imago, diem ſuum obiit, reliquit autẽ tres filias, Steno, Euryalem & Meduſam, quæ expertes nuptiarum nemini cõnubio iungi uoluerũt, ſed diuiſis facultatibus quæq; unam tenebat inſulam, At Gorgonem neq; Mineruæ offerre uoluerunt, nec diuidere, ſed ſibi mutuo illam pro theſauro repoſuerunt. Verum erat Phorcyni amicus, uir probus pariter & bonus quo Phorcyn omnibus in rebus uſus erat non ſecus atq; oculo, At Perſeus ex Argo extorris factus regiones mari finitimas depredabatur, naues, ac manum quandam penes ſe habens, uerum quum reſciuißet Gorgonẽ hanc a mulieribus teneri, & illic auri quidem copiam, uirorũ autem inopiam adeſſe, primum certe in freto, inſidias ſtruens nauibus, ſtationem facit, ac quæ inter Cyrenem ac Sardiniam ſunt loca legens, ac nunc aliam, alia regione cõmutans, oculum, hoc eſt, uirũ illũ rerũ uſu atq; prudentia occallentẽ accipit, ſed una ex his regionibus indicat ipſi præter Gorgonem nihil eſſe quod hinc auferat, atq; itidem auri copiam aperit. Cæterum ipſæ puellæ ubi deſtitutæ

fuerant

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

fuerant mutuo oculo, ut diximus, iurare ac alterũ altera in culpam trahere cœpit, uerũ quũ prorſus cognoſcerent ſe nõ habere, quid nam ſibi hæc res uellet admirabantur. interea loci appellit Perſeus, ſeq; oculum habere indicat, ac non redditurum minatur niſi prius indicent ubi ſit Gorgona, quin etiam dicere recuſantibus mortem intentat, porro Meduſa ſe dicturam negat, uerum Steno, & Euryale indicarunt. Itaq; Meduſam trucidat et aliis oculum reſtituit, Gorgonam autem arreptam obtruncauit, ac triremem repetens huc caput reponit, ac naui indidit Gorgoni nomen, et per hãc circumnauigans inſularibus argentum extorquebat, atq; recuſantes dare, trucidat, hoc etiam pacto à Seriphiis pecuniam efflagitabat. ſed hi collecti (nã Perſeus ad naues ſe recepit) relicta Seriphia abierunt, Proinde quum iterũ appuliſſet Perſeus, ſeq; ad extorquendam pecuniam ad forum recepiſſet, ne muſcam quidem hominem illic offendit, ſed lapides humana longitudine cõplurimos, dicebat igitur reliquis inſularibus Perſeus, quũ ſe ad dandũ præberent difficiles: Videte ne quẽadmodum Seriphii, quos Meduſæ capite in ſaxum obduruiſſe cernitis, eodem affligemini malo.

DE AMAZONIBVS.

HÆC

HÆc de Amazonibus dicũt: Mulieres q̃dem haud fuiſſe, ſed uiros barbaros, tuliſſe tunicas ad pedes uſq; dimiſſas, quemadmodum Threiiciæ mulieres factitarint, ac comam mitris alligaſſe, ac barbas raſiſſe, obq; id ab hoſtibus uocatos eſſe mulieres. Cæterum Amazones natiua quadam indole in bello præſtabant, non enim uerisimile eſt è mulieribus unq̃ exercitum conflatum fuiſſe, nec quoq; noſtra tempeſtate ullo pacto fieri poſſet.

DE ORPHEO.

VAna quoq; eſt illa de Orpheo fabula, quod illum cithara ludentem ſectarẽtur quadrupedes & uolatilia & arbores, ſed de his hæc mea fert ſententia: Bacchæ furore accenſæ in Pyeria oues dilaniarunt, multaq; alia per uiolentiam deſignarunt, ac monte oblectatæ hic dies aliquot moram trahunt. Itaq; quum manerent ciues ſuis filiis atq; uxoribus timentes accerſitum Orpheum rogarunt, ut illas aliquo modo è monte diſtrahere conaretur. At hic orgiis Baccho compoſitis, illas bacchantes deducit cythara ludens: At hæ ferulas ac omnifariarum arborum ramos, tum primum habẽtes è monte deſcenderunt, hominibus autẽ hoc ſpectaculo in admirationem adductis, arbores aſportari uiſæ ſunt, ac dixerunt Orpheum ſua cythara

e mon

è monte ſyluã diduxiſſe, atq; hinc eſt cõficta fabula

DE PANDORA

DE Pandora *fabula fertur haud quaq̃ tolerãda, nempe è terra formatã atq; confictã illam aliis redditam eſſe, ſed id mihi de hac re uidetur : Pandora mulier erat in Græcia, diuitiis affluens, & quando prodiret in publicum, ornabatur atq; inungebatur multa terra, et ſic ſe res habuit. Verũ fabula ad id qđ fieri nequeat uerſa eſt*

De generatiõe quæ ex fraxino prodiit.

ECquid *hoc eſt uanius? primum hominum genus è fraxino prodiiſſe, ſed erat quidam nomine* Melius *& qui ex hoc nati ſunt* Melii. i. Fraxinei *uocati ſunt, quemadmodum* Hellenes. i. Græci *à uiro* Hellene *appellato, &* Iones *ab* Ione, *deinde etiã nunq̃ fuit ferrea aut metallea ætas.*

DE CETO.

DE Ceto *hæc commemorantur : illum è mari ad* Troas *commeare ſolitũ, etſi ipſi puellas dederint abiiße, ſin ſecus, illorum regionẽ deuaſtaſſe. Atqui q̃ ſit uanum uiros ſuas ipſorum filias expoſuiſſe beluæ, quis eſt qui non uideat, ſed erat rex quidam, magnus ac multa potentia eaq; nauali præſtans qui maritimam circa* Aſiam *Paludẽ euerterat, quam* Troes *tenebant, illi tributũ pendentes, ſed quum id temporis pecuniam in uſu non*

habe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

haberent,uerū ſupellectilē ſolū,edicto igitur promulgauit rex,cui nomē Cæton , ut ex oppidis hæc quidē equos,hæc uero puellas darent.Cæterū regem Cætona appellatum,uocarunt barbari Cætū Itaq; quū dies ſolutionis appuliſſet,circumit ꝑ oppida Cæton tributū exigens, his autē nō reddentibus Troianorū agrū populatione uaſtauit, porro Troiā inuadit,qua tempeſtate & Hercules uenit, Græcorū ſtipatus manu.Cōduxit enī illū rex Laomedon ut Troianis ferret ſuppetias, porro exercitū ductitans Cæton ad Troiam approperat, At Hercules & Laomedon occurrētes ſuſtulerūt eū, quo facto conficta eſt fabula.

DE HYDRA.

FErtur quoq; de Hydra,nempe ſerpentem fuiſſe lernæū,ac quinquaginta habuiſſe capita, corpus autē unū, quodq; uno ſublato capite, duo in eius locum repente ſuppullularint, ac quod cancer Hydræ ſubſidio uenerit.At ſi quis tale qđ factū eſſe putet,uanus eſt ac futilis. Porro rei uæritas ſic habet:Erat Lernus rex quidam,habitabāt autem omnes tum homines per pagos,quorum ſinguli ſingulos habebant reges: Itaq; Stenelus Perſei filius maximum ac hominibus confertiſsimum ſortitus erat pagum Mycenē nimirum, uerū Lernus illi ſubeſſe noluit, atq; ob id bellum geſſerunt hi duo reges,ſed in finibus regionis habebat Ler-

nus munitum quoddam oppidulum cui nomen erat Hydræ atq; id præſidio tenebant quinquaginta ſagittarii admodum ſtrenui, qui ſine intermiſſione noctu & interdiu in turri excubias agebant, mittit igitur Euryſteus Herculem ut ciuitatem euerteret, at qui turrim tenebant ſagittarii, ignē iaculabantur in hos qui ſub turri erant, porro ubi quis ictus interciderit, ſtatim duo in illius locum ſubſtituuntur, præſertim quum uir ſtrenuus eſſet qui caderet, uerum quū Herculea manu premeretur Lernus externū conducit militē. Itaq; uenit illi ſubſidio uir robore præſtās ac rei bellicæ peritus Carcinus noīe cū quo Herculi obſiſtit, deinde auxiliatus eſt Herculi Ioleus Iphiclei filius eius ex fratre nepos, à Thebis exercitum ducens & aggreſſus turrim, Hydræ aſtantem incendit, & hac manu deuaſtauit eos Hercules, ac Hydram euertit, & exercitum fudit ac ſtrauit, quo facto conficta eſt fabula, & ſcribunt hydram ſerpentem eſſe ac fabulam adornant.

DE CERBERO.

Dicunt Cerberum canem fuiſſe tricipitem, ſed manifeſtum eſt & hunc quoq; ab urbe dictum eſſe, quemadmodum Geryon, dicebat igitur populus, pulcher pariter & magnus eſt Tricarenus canis, dicunt quoq; illum ex inferis eduxiße

Hercu

Herculem,uerum tale quid contingebat: Geryoni ob boum cuſtodiam canes erant magni ac iuuenili uigore præſtantes,nomen autem erat uni cerbero alteri Oro, ſed Oron Hercules in tricaria anteq̃ boues caperet occidit, Cerberus autem boues ſectabatur. Cæterum uir quidam Mycenas Moloſſus nomine Cerberi captus deſyderio,rogat Euryſtea ut hoc ſe cane donaret,idq; recuſante Euryſteo ſibi paſtores conciliat, ac canem antro quidem concludunt in Laconia ad Tenarum, illumq; cum fœmellis canibus coire ſinunt.Porro Euriſteus Herculem ad quærendum canem mittit. At hic omni peragrata Peloponeſo uenit ubi illi oſtenſus eſt canis,& ingreſſus,illum antro educit, dicebant igitur Herculem per antrum illud ad inferos digreſſum canem extraxiſſe.

DE ALCESTIDE.

FErtur fabula prorſus tragica, nempe quod quum futurum eſſet ut moreretur Admetus, illa pro ipſo mortem elegerit,& Hercules illã ob pietatem abſtractam, reductamq; ex inferis Admeto reddidit, mihi quidem uidetur, neminem poſſe ſemel mortuum in uitam reſtituere , ſed fiebat tale quiddam: Poſtquam Peliã neci dediſſent ſuæ filiæ atq; Acaſtus Peliæ filius has ꝑſequutus eſſet, aßequi tamen haud potuit,ſed Alceſtis diffugit ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

Admetum eius conſobrinum, ac lari inſidēs noluit Admetus illam tradere petenti Acaſto. Cæterum hic magno admoto urbi exercitu, illorum agrū de uaſtabat, Verum exiens Admetus, habens etiā no ctu in inſidiis collocatos milites, uiuus in manus ho ſtium uenit. Itaq; illi mortem intentat Acaſtus, ue rum quum Alceſtis didiciſſet Admetum ſui cauſa interemptū iri, exiens ſeipſam ultro tradidit, pro- inde Admetum emiſit Acaſtus, ſed illam compre- hendit, dicebant igitur: Fortis eſt mulier Alceſtis, nam uolens moritur pro Admeto, nec enim hoc pa cto fiebat quemadmodum fabula narrat, porro hac tempeſtate uenit Hercules ex quibuſdam locis Di- omedis equos ſecum ducens, quem illuc iter facien tem hoſpitio ſuſceperit Admetus, deplorāte igitur Admeto Alceſtidos calamitatē indignabatur Her cules, atq; Acaſtum inuadit, eiusq; milite deiecto ac ſpoliis diuiſis Alceſtidem Admeto reſtituit, di cebant igitur Herculis interuētu à morte liberatā eſſe Alceſtida, his ita geſtis conficta eſt fabula.

DE ZETHO.

SCribit inter alios etiam Heſiodus, hos cytha- ra Thebarum muros extruxiſſe, ac aliorū ſen tentia illis cythara ludentibus, ſponte lapides in murum coierunt, at rei uæritas ſic habet: Fuerūt hi præſtantiſſimi cytharœdi et mercede operā ſuā

locabant

locabant, at illa ætate argentum in uſu non erat. Itaq; iuſſerunt, ſi qui uellent audire, ad murū opus facerent, non enim ſteterunt arrectis ad cytharā auribus lapides, proinde haud iniuria dictum eſt, lyra muros eſſe conditos.

DE IO.

AIunt ex muliere bouem factam eſſe, et eſtro agitatam ex Argo per mare in Ægyptum abiiſſe, at res ipſa ſic habet: Io Argiuorum regis erat filia ac illam oppidani honore colebant, quod Argiuæ Iunonis ſacerdos eſſet, uerum hæc grauida facta patri omnibusq; ciuibus metum incuſſit è ciuitate effugiens, ſed Argiui illam quæſitum exierunt, ac inuentam coercuerunt uinculis, dicebāt enim illam tanq̄ bouē æſtro agitatā in Ægyptū fugiſſe, nā huc ueniēs peperit, unde cōficta eſt fabula

DE MEDÆA.

Ferunt Medæam elixando iam ætate confectos ad iuuentutem reduxiſſe, atqui tale qd fiebat: Medæa prima hunc inuenit florem qui huiuſmodi eſt efficaciæ, ut nigros & candidos capillos faciat, proinde cui cani diſplicerent, illi candidos capillos fecit, ac prima quoq; Medæa thermas inuenit, proinde uolentes thermis fouebat, idq; in abdito, ne quis medicorum perciperet, nomen autē rei erat elixatio. Itaq; homines huiuſmodi calefa-

ctionibus leuiores reddebantur atq; ſaniores, hinc igitur uiſo apparatu lebetibus nimirum & lignis & igni, homines ab ea elixari putabant, uerū Pelias uir ſenex & debilis thermis uſus, obiit.

DE OMPHALE

DIcitur Hercules huic inſeruiiſſe, ſed uana eſt fabula, quū liceret Herculi illi atq; adeo oībus eius facultatibus dominari, at tale qd fiebat: Erat Omphale Iordani Lydorum regis filia, quæ quū Herculis robur audiiſſet, illius ſe amore captā ſimulabat, At aggreſſus Hercules eam quoq; amare occœpit, ac ſuſtulit ex illa filiū Laomeden, oblectatus autem illa fecit quicquid iuberet Omphale. At ſtolidi homines hunc illius iugo premi exiſtimabant.

De Amalthiæ cornu.

HOc Herculē nusq̄ nō circūtuliſſe cōmemorant, hinc autem illi ſuppeditaſſe quæcūq; uellet, ſed hæc eſt rei ueritas: Hercules cū nepote ſuo Iolao Bœotiam uerſus iter faciēs, Theſpeſiis in quoddam hoſpitiū diuertit, ubi eſſet mulier quædā uenuſta ac ætate florida, at Hercules hac oblectatus pluſculo temporis hic moras nectit, ac id Iolaus grauius ferens Amalthiæ negociationē in cornu reconditam arripere meditatur, ex qua ſi quid uellet compararet Herculi, dicebant igitur q̄ cum

illis

illis peregrinabãtur: Amalthiæ cornu habuit Hercules, unde quæ uellet ſibi parabat, et hinc eſt conficta fabula.

De Hyacintho narratio.

HYacinthus adoleſcẽs erat amiclæus, forma pariter atq; ætate florens, hũc reſpexit Apollo, reſpexit etiam hunc Zephyrus, et ambo eius forma capti, contentionem mouebant, quonam ſibi exercitio alter præ altero puerum uendicaret, iaculabatur quidẽ Apollo, ſpirabat autẽ Zephyrus, At illius ſtudia grata & iucunda erant puero, huius autem metum & conturbationem attulerunt, Itaq; ad deum inclinabat adoleſcens, at Zephyrũ præ zelotypia ad bellum armat, interea exercitiũ erat iuueni, et uindicta à Zephyro, nã diſcus erat ad eius interitum ſeruiens, ab hoc quidem emiſſus, ab illo autem impulſus, & hic certe mortem oppetiit, nec decorũ fuit terram huius calamitatis memoriam delere, ſed florem pro adoleſcentulo produxit, ac nomen idem inditur, dicunt autem huius nominis initium foliis inſcriptum eſſe.

De Marſya narratio.

ERat Marſyas agreſtis, attamen muſicus fiebat, odio habebat Minerua tibias, & paruo poſt tempore forma priuabantur, at fons imaginẽ accipiens, id quod accidiſſet, edocuit. Itaq; Marſy

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

as incidit in abiectas tibias, ac eas ſublatas labiis admouet paſtor, at hæ diuina quadam ui cecinerũt idq; inſcio eo qui uteretur. Cæterum uim illam diuinam putabat eſſe artem, ac Muſis & Apollini ſe fert obuiam, dicens: nihil ſibi eſſe reliquũ quin deũ excellat, uerum hac contentione ſuperatus ac uictus excoriatur, Vidi ego in Phrygia fluuium cui Marſyæ nomen, & dicebãt Phryges hunc fluxũ è ſanguine Marſyæ eſſe natum.

DE PHAONE.

PHaon circa nauigia ac mare ſumptum ſuum exercuit, erat enim anguſtũ mare, nec ob id à quoquam criminabatur, quum modeſtus eſſet, & ſolum ab habentibus acciperet. Itaq; ſuis moribus Lesbiis in admirationem uenit, laudabat hominem dea (Venerem dicunt) ac forma uetulæ induta, de traiiciendo Phaonem compellat, at Phaon e ueſtigio paratus erat ſeruire ac transferre, nec quicq̃ exegit, & ob id ſic meritũ homini repoſuiſſe dicũt deã, nẽpe ſenẽ iuuẽtuti ac priſtinæ formæ reſtituiſſe, & hic eſt Phaon ob quem amorẽ ſuum ſæpius ſanguinem fecit Sappho.

De Ladone narratio.

VIſum eſt terræ cum Ladone fluuio coire, & poſtq̃ ſibi mutuo commixti ſunt, uterũ geſtat terra, ac peperit Daphnem. Amauit illam

Apollo, ac amatoris uerba ad puellã erant, ſed Daphne uirginitatẽ amabat, quo circa perſequutione opus erat, perſequebatur illam Apollo, uerum anteq̃ hæc curſu deficeret, rogat matrem ſuam, ut dehiſceret, ac ſe denuo intro reciperet ſeruaretque. Deinde hæc ſic fecit & Daphnem in ſe habuit. At illa parte continuo ſubſiliit planta, ad quam ob uim amoris allapſus deus nullis machinis auelli potuit, ſed manibus hanc comprehendit, hac caput in poſterum ornabat, dicunt quoq; tripoda nõ ſine Daphne collocatũ eſſe in Bœotia iuxta hiatum.

DE IVNONE.

ARgiui Iunonem ſibi deam præſidẽ eſſe putarunt, atq; ob id in illius honorem panegyrim celebrant. Apparatus autẽ feſti eſt currus candidorum boum, ac ſacerdotẽ in curru eſſe oportet, ſicq; ad templũ usq; progredi (eſt enim illi extra urbẽ templũ) Cæterum quum quodã tempore feſtũ adeßet, ac modus hic ob equorũ abſentiã claudicaret, cõmenta eſt iter ſacerdos, mater exiſtẽs iuuenũ, qui illi pro bobus erant, nam quũ id quod ad boues ſpectabat obiiſſent iuuenes, ſtans ante ſimulachrum ſacerdos laboris mercedem popoſcit & dedit (ut aiunt) dea, nam ſomno perpetuo ſoluti uitam finierunt.

PHORNVTI SPECVLATIO DE Deorum natura.

CÆlum ò fili terram & mare in circum ambit & quæ in terra ac mari ſunt omnia, & ob hanc cauſam hæc illi ceſſit appellatio, quum ſuperne omniũ ſit terminus naturamq; finiat, ſunt qui dicant ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν, hoc eſt, a uidendo, οὐρανὸν. i. cœlum uocari aut ἀπὸ τοῦ ὁρέγειν, eo quod ſuppeditet ac ſeruet omnia, a quo & ianitor appellatur, & exacta cuſtodia, at alii ab eo quod ſuperius uideatur ei etymologiam contexunt, uocatur autem cum omnibus quæ circumambit mundus, à perfecta abſolutaq; elegantia. Porro inter Poëtas ſunt, qui cœlum incudis filiũ eſſe dixerint indefeſſum circũferẽtiæ curſum hoc inuolucro obtexentes, aut p̃ hanc etymologiã innuere cupiẽtes cœlum corruptioni non ſubiacere, nam hos q̃ morte perierunt, laboraſſe dicimus. Cæterum eius eſſentia eſt ignea, ut conſtat ex ſole atq; aliis aſtris Vnde etiam æther appellatur extrema mundi pars ab ardendo, ſunt tamen qui ἀπὸ τοῦ ἄνω θεῖν, hoc eſt, ab eo quod ſupra currat nomen tuliſſe dicant

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

cant, hoc eſt, quod cum ſtrepitu atq; impetu feratur, quum & aſtra quaſi inſtabilia nec unq̃ ſtãtia, ſed ſemper commota, Imo etiam conſentaneum eſt & deos ἀπὸ τῆς θέσεως .i. a poſitione ſortitos eſſe appellationem, primum enim ueteres deos exiſtimarunt eſſe, quos conſtãter ac fixe ferri deprehenderunt, his ſyderũ mutationis cauſam atq; adeo ſalutis omnium rerum tribuentes, & ſic eſſet Dii θετῆρες .i. conſtitutores et cõditores oĩm rerum.

DE IOVE.

QVemadmodum nos anima gubernamur, ſic & mundus animam habet quæ uindicet illum ab interitu, & hæc uocatur Iupiter, ſed dictus eſt Iupiter imperare omnibus, aut quia ſeruet ac uitæ cauſa ſit animantibus, aut quia in nos, tanq̃ anima & natura, imperiũ obtineat. Porro Iouem ipſum appellamus, q, p illum fiant ſeruẽturq; omnia, nec deſunt apud quos δεὺς appelletur fortaſsis ἀπὸ τοῦ δεύειν .i. rigando terram quodq; uitali humore animantia impertiat. Cæterum in cœlo habitare dicitur, quãdo hic præcipua eſt pars animæ mundi, etenim noſtræ etiam aĩæ ſunt ignis.

DE IVNONE.

DEinde ſoror pariter & coniux huic tribuitur Iuno quæ aër eſt, cõiungitur enim ſtatim ipſi et cohæret à terra ſublata, illo cum ea coë

unte

unte & eodem momento fiunt, nam ipſa eſſentia in tenuiſſimum diffluens, ignemq; & aëra conſtituit & hanc ob cauſam Rheam horum eſſe matrē fabulati ſunt, patrem autem Saturnum, ſiue qđ intenſis temporis menſuris hæc fiant, aut quia ob materiæ cōmiſtionē, ac ebullitionē, elementorum diſcrimen reddatur, aut quia (quod rationi eſt magis conſentaneum) tunc aer generetur quando ex igni mota eſt natura ad res implendas, atq; conficiendas.

DE NEPTVNO.

CÆterum ob hanc cauſam & Neptunum dicebant ueteres Saturni & Rheæ eſſe filiū, etenim & aqua ex dicta commutatione generatur nam ποσειδῶν *.i. Neptunus, eſt efficiens uis humidi in terra ac circum terram, ſiue à potu ſic appellata & ab eo quod potum ſnppeditet, aut iuxta aliam rationem* ποσειδῶν *Neptunus dicitur, ob cōmotam atq; conturbatam eius proprietatē.*

DE PLVTONE.

DEinde & horum frater eſſe dicitur Pluto, hic omnium eſt craſſiſſimus, ac maxime uicinus terræ aer, nā ſtatim atq; naſcitur incipit res ipſas diffundere atq; implere ſecundū naturæ ſuæ rationem, uocatur autem ἅδης *infernus uel quod per ſe uideri nequeat, unde etiam diuidētes* ἀΐδα

uoca

uocamus ipſum, aut p. antiphraſin quaſi nobis mor te placens, porro et Pluto nominatus eſt, quod quũ omnia ſint interitura nihil ſit quod non poſtremo ad ipſum deducatur atq; eius poſſeſſio fiat.

DE RHEA.

AT Rheæ iuxta datum fluxum confictæ nõ iniuria iam imbrium cauſam aßignant, quod ut plurimum cum tonitru atq; fulmine fieri conſueuit, & hanc inducunt tympanis et cymbalis & fulmine aut lampadibus gaudentem, quũ uero ab æthere funduntur imbres, conſpiciũtur ſæpius ê montibus deſcendere, nam primo Idam cognominarunt altum eius montem & quem procul datur cernere, montanam uidelicet eam appellantes. & generoſiſſima quæ in montibus degant animàlia leones illi ſubigunt, fortaßis uel quod aura tempeſtuoſa agreſte qd repræſentet, deinde ignea circũ poſita eſt corona, aut quod ab initio in montibus conditæ ſint ciuitates munitionis gratia, aut quod princeps eſt primæ præcipuæq; mundi eſſentiæ. Porro ei cor ſuſpendunt innuentes ipſam uitalis exortus cauſam extitiſſe, ob quod etiã alias quaſdã figuras ei ante pectus propenderunt, ut quæ ipſa rerum ſit uarietas ac coloribus omnifariis diſtinguatur, porro uidetur eadem eſſe hæc quæ apud Syros Artaga dicitur, quam per columbarum ac piſcium

ſcium abſtinentiam colunt, declarantes ignem &
aquam eſſe, quæ maximæ eſſentiæ electionem dant
in propatulum. At hæc proprie dicitur Phrygia,
qđ præ cæteris apud Phryges colatur, apud quos
etiam gallorum frequens eſt conſeßus, tale qd for
taſſis innuens, quale apud Græcos de cœli exectiõe
eſt in fabulis, ſiquidẽ primo dicitur Saturnus deuo
raſſe quoſcunq; ex Rhea ſuſtulerit filios, quod cer
te hunc in modũ admodũ ꝓbabiliter eſt confictũ,
quãdoquidẽ quæcunq; naſcũtur p dictam motus ra
tionem, uerſa uice per eandem in periodo pereunt,
& tempus huiuſmodi quiddam eſt, conſumuntur
etiam ab ipſo quæcunq; a natura rerum producũ-
tur, deinde Rheam dicunt nato ſibi Ioue, pro ipſo
lapidem faſciis inuolutum obtuliſſe Saturno, hunc
ſe peperiſſe addens, illumq; ab eo deuoratum eſſe,
ac Ioue enutrito mundi imperium ceſſiſſe. Cæterũ
alio etiã modo hæc eſt ſumpta deuoratio, nam cõpo
ſita eſt fabula de mundi generatione, in quo tũ enu
triebatur quæ eum gubernaret natura & rerum
ſummam obtinuit, tum quando in medium eius, lapis
iſte, quem appellamus terram, non ſecus atq; ſi de
uoratus eſſet, fixus eſt, nullo enim alio pacto ſubſti
tiſſent res, niſi hoc eſſent fundamẽto ſtabilitæ, quũ
oriantur ac nutriantur hinc omnia.

DE SATVRNO.

Inter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

INter hæc etiam Saturnus fingitur continuo deſcendiſſe ut terræ commiſceretur, Ioue̅ aute̅ hunc execuiſſe, eiusq; uiolentiam refrenaſſe, ſiquidem Iupiter ipſum regno eiectu̅ ad tartara detruſit, atq; hoc fabularum obtentu pretexeru̅t uniuerſæ generationis ordinem (quem ab implendo diximus Saturnum appellatum eſſe) abundantem aëris fluxum hactenus factum in terra contraxiſſe, quu̅ exhalationes co̅ficiat tenuiores. At mundi natura influxus infunde̅s (qua̅ & Ioue̅ appellata̅ diximus) abundantem impetum mutatione cohibuit, & reſtrinxit longius deducens, & ipſi mu̅do præbe̅s: neq; præter rationem eſt, quod flexuoſo conſilio Saturnum appellent, his flexuoſis exiſte̅tibus atq; ægre conſequentibus, quu̅ ille tantos numeros euoluat, ne ad effectum ueniant.

DE OCEANO.

CÆterum alia ratione Oceanum dixeru̅t oi̅m eſſe principem, nec enim una de hoc nata eſt fabula, eſt enim Oceanus, uelox nauium circulus & deinde commutans. At Tethys pinguiu̅ rerum ſedes eſt, ac collectio, ſiquidem horum temperatura ac co̅miſtione res conſiſtunt nihil enim eſſet ſi alterum non temperatum ſuperabundaret.

DE IOVE.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

POſt hæc alio etiam modo Iupiter pater eſſe dicitur & deorum & hominū, eo quod mundi natura horum ſubſtantiæ ſit cauſa, non ſecus atq; patres gignunt ſuos filios, deinde eum nubicogum ac grandiſtrepum appellant, quod ſuperne nubes cogat & tonitrua, & illinc etiā fulmina & tempeſtates inmittat, alio etiam modo qđ cœlum ſortito deo omnia ſuper terram loca tributa ſint, adhæc Ægiochus à concutiendo Ægida uocatus eſt, & ob alias ſimiles ac manifeſtas cauſas, pluuius, & fructifer, & deſcenſor, & fulminator & alio ſæpius modo ſecundum diuerſam ſententiā appellatur. Seruatorem & herceū & multipluuiū & paternum & hoſpitalem & poſſeſſorium & conſultorem & triumphatorem & liberum eum appellant, quum quæcunq; ei ſunt nomina comprehendi nequeant, quia in omnem potentiam & habitum diffuſus eſt & omniū author ac ſpeculator habetur. hunc etiā in modū & iuſticiæ pater eſſe memoratur, nam ipſe hominum communionē in res deducit, & leges irrogat ne ſibi mutuo iniuriam inferant, deinde & gratiarū pater eſt, hinc enim ſunt mutuandi atq; benefaciendi initia & temporum quæ in aere ſalutares mutationes conficiunt, & aliorum quæ in terra naſcuntur et à natura nomen habent moderator ac largitor eſt, porro indu

cunt

cunt cum perfecti uiri ætate ubi nec quicq̄ abundare neq; deficere apparet, ſed id quod maturū eſt adeſſe, & hanc ob cauſam perfecta ei immolant. Cæterum ſceptrum potentiæ eſt ſignum, quin & ſæpius uincere fingitur, eminet enim omnibus, nec eſt quod eum ſuperare queat, deinde ei aquila ſacra eſt, eo quod pennarum uelocitate aliis præmineat et coronatur olea, quod ſemper uireat ac mollis ſit & pinguis, aut ob ſimilitudinē glaucoris ad cœlum, deinde ſunt etiam quibus Alaſtor dicitur, & Palamneus, eo q; de nefariis & infeſtis hominibus ſupplicium ſumat, quorum his quidem nomē inditum eſt, quod huiuſmodi ſceleribus ſe contaminent quibus cruciatus ac gemitus imminet, iſtis uero quod manus ſordibus non diluendas reddant.

DE FVRIIS.

HAc etiam ratione natæ ſunt, quæ Erinnes uocantur, peccatorum examinatrices Megæra, Tiſiphone, & Alecto, dictæ, quod hos deæ odio ac punitione perſequantur, nempe ab ipſis commiſſas cædes ſupplicio plectentes, idque factitantes ſine ulla intermiſſione, porro reuera ſunt hæ deæ uenerandæ & Eumenides, eo quod naturæ benignitatem ad homines dirigant uindicando ſcelera. Ad hæc horrendo ſunt aſpectu & igni & flagellis perſequuntur impios, & ſerpen=

tes loco comæ habent, ut hanc iniiciant imaginationē maleficis, futurum eſſe ut pro delictis pœnas pendant apud inferos ſedes finguntur habere, qđ minime in propatulo ſint harum cauſæ, quodq; dignos harum aduentus inexpectatus opprimat.

Amplius de Ioue.

Nec his abſonum eſt quod dicitur Iouis oculum uidere omnia atq; omnia audire, quo enim pacto fieri potis eſt ut quicq̃ horum quæ in mundo gerantur lateat omnia gubernantē potentiam, porro etiā mitem appellant Iouem, nempe placabilem eſſe his qui è uita ſcelerata pedē retrahant, non enim ita erga eos eſt affectus ut reconſiliari nequiret, quam ob cauſam & placabilis Iouis aræ ſunt.

De Supplicationibus.

ETiam preces Iouis eſſe filias dicit Poëta, & quidem claudicantes quod ſe in genua deiiciant qui preces faciunt, deinde etiam eorum imbecillitati & rugas addit. Ad hæc debili & obliquo eſſe uiſu, quod ad quædam ſemper conniueant. Postremo ſupplicādi neceſſitate deuinctas eſſe. Amplius deliniat Poëta preces tanq̃ deas quaſdam, claudas quidem uocat, quod tarde & uix progrediantur, & his ſupplices eſſe quos primo iniuria læſerint, rugoſas certe & uiſu obliquo, quod affectos iniuria ægre & fronte neutiquā læta intueri

poſſent

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

poſſent quos ueniam petunt. Ad hæc Iouis eſſe filias quod ucnerandæ ſint.

DE PARCIS.

IVpiter certe etiam fatum eſt, eo quod diſtributio ſit inuiſibilis eorum quæ unicuiq; adiiciuntur, hinc iã et aliæ partes, Μοῖραι.i. Parcæ appellatæ ſunt, ἄισα, eſt eorum quæ fiunt latens, & incognita cauſa, iam enim manifeſta eſt, quæ in ſingulis deliteſcit obſcuritas, aut ut ueteres opinati ſunt ea quæ ſemper eſt, at εἱμαρμένη eſt, ſecundũ quam fatatum comprehenſumq́; eſt quicquid in elementi ordine, terminũ haud quaq̃ habentis fit, quæ & prima comprehenſio non ſecus atq; ſi in cathena continet, porro neceſſitas eſt quam agere aut ſuperare non datur, ſiquidem omnia quæ fiunt ad hanc accipiunt reductionem. Cæterum alio modo tres inducũtur Parcæ ſecundum tres temporis partes, & una eſt Clotho appellata, quod circũuolutioni rerum primordia non ſunt diſſimilia, quum alia contingant aliis, quamobrem & nere eam fingunt uetuſtiſſimi quiq;, aliam autem Lacheſim, eo quod ſortis caſui quæ cuiq; cõtingunt non ſint diſſimilia, at tertia Atropos quod atrepta.i. ineuitabilia ſint quæ ab illa ſtatuuntur ſic harum potentiæ proprie uidentur tres ſortitas eſſe appellationes, eadem autem eſt & Adraſtia ſiue quod uitari

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

ac deflecti nequeat ſic nominata, ſiue quod ſemper quæ ad ſe ſpectant faciat, tanq̃ ſemper agens, aut particula priuatiua uehementiam declarante, ut ἄξυλος ὕλη. i. ſylua lignis abundãs, nã eſt multa agẽs Nemeſis ἀπὸ τῆς νεμέσεος. i. ab ulciſcẽdo nomẽ traxit, Opis aũt ἀπὸ τοῦ λανθάνειν ὄπισθεν, quia a tergo lateat & obſeruet, quæ a nobis gerũtur puniatq; quæ punitione ſunt digna.

DE MVSIS.

CÆterum ex Mnemoſyne Muſas ſuſtuliſſe dicitur Iupiter, quando & literarum politiorum dux eſt, quas certe nõ niſi exacta cura atq; detentione ſuſcipere datur, & ſunt ad uitam bene tranſigendam maxime neceſſariæ. At Muſæ uocãtur ἀπὸ τῆς μώσεως ab inquiſitione quemadmodum dictum eſt, ne mollia inquiras ut ne dura habeas, ſed nouem numero ſunt, quod quos in ſuorum numerum cooptarint triangulares (ut dicit quidam) reddant. Talis enim eſt nonarius numerus, generationem quandam ſua natura innuens, ac uidetur a perfectione primi numeri particeps eſſe. Etiam quibuſdã duæ ſolum eſſe dicuntur, aliis iterum tres, at aliis quatuor, ſed aliis iterũ quinq;, Tres quidem ob prædictam ternionis perfectionẽ aut quod tria ſpeculationũ genera ſunt, qbus tota philoſophiæ ratio impletur, duo quidem in ſpeculando

lando

lando & faciendo ea quibus opus eſt conſiſtunt, & duobus his comprehenditur eruditio. Quartũ & quintum genus fortaſſis quod uetuſta muſicorũ inſtrumenta tantos habuerunt ſonos, deinde inducuntur mulieres, quia uirtutes & diſciplina forte fortuna muliebres nomẽclaturas habeant, eſtq; illud euidentiſſimum argumentum multarum rerũ cognitionem hubertim adeſſe, & iam dices licebit id ob fertilitatem factitatum eße, quæ animi cognitione conficitur. Ad hæc conſtant & incedunt unà ad innuendum uirtutes inſeparabiles atq; indiuulſas eſſe, deinde ſemper Deorum hymnis atq; miniſterio ſunt maxime intẽtæ, ſiquidem principiũ atq; adeo elementum totius eruditionis eſt ad diuina oculos perpetuo defixos tenere, atq; id uitæ factum exemplar habere in ore. Cæterum alio modo, Clio quidem una eſt Muſarũ quod cleos.i. gloriam adipiſcantur literati, quodq; alios laude celebrent. Euterpia autẽ, quod dictorum conuerſatio delectabilis ſit ac ſuauis. Deinde Thalia ſiue quod horum uita uigeat ac floreat, aut quod menſæ uirtutem habeant, ſcite & docte in conuiuiis uerſantes. Melpomene a cantu & ſuaui, quæ carmini adeſt, uoce, nam ab omnibus celebrãtur boni atq; ipſi deos celebrant & priſcos uiros. Terpſichore qđ meliorem uitæ partẽ delectatione ac gaudio tranſ-

mittant, aut quod delectationem adferre uideātur conuerſantibus, una uoculæ litera ſuperflua, aut fortaſſis quia compoſitis à literatis uiris carminibus choreas diis compoſuerunt ueteres. Erato uel ab amore nomen tulerit quod uniuerſæ philoſophiæ generi adeſt, uel ab interrogandi atq; reſpondendi potentia, nam manifeſtum eſt ratiocinandi quoq; artis peritos eſſe ſtudioſos, polymnia aut eſt celebrata uirtus aut potius quæ multos celebret, ac quæcunq; a maioribus cantata ſunt reſumat, quæq; in poematis atq; aliis commētariis eſt, hiſtoriæ curam gerat. Vrania eſt circa cœleſtia atq; adeo uniuerſam rerum naturam ſcientia, nā uniuerſum mundum cœlum uocabant ueteres. Calliope eſt rhetorica ſuaui uoce ac dictiōe uenuſta præcellens, per quam rempublicam adminiſtrāt & populum hortationibus euibrant, perſuaſione & non ui ad id quod cupiunt ducentes, quam ob cauſam hanc maxime reges ſimul ac probos uiros comitari dicūt, certe huic tribuūtur Varia, q̄ cuiusq; declaret opa, nēpe cōcinna eſſe, ac cōcinentem, & conſentientē ſibi eſſe bonorū uitā. Deinde his ſe ſociū adiungit Apollo ob muſices cōmunionem, nam et hic memoratur cythara ſcire, cauſam paulo poſt cognoſces, ac in montibus uenationi uacare traduntur, quandoquidem ſolitariam agere

uitam & crebro ad loca a promiſcua conſuetudine ſemota,ac arbitris libera ſecedere conſuerũt hi ꝗ philoſophiæ nomẽ dederint,qua ſine (iuxta Comicũ) nihil honeſti in ſolitaria uita inueneris. at hunc rei gratia etiam has numero nouem dicitur Iupiter cum Mnemoſyne congreſſus ſuſtuliſſe,etenim nocturna his opus eſt meditatione quæ ad eruditionem ſpectent,ſiquidẽ nullam ob aliam cauſam Poetæ noctem uocarunt Euphronen ꝗ̃ διὰ τὸ εὐφρονεῖν quod noctu accuratius preſſiusq́; res meditemur,quemadmodum etiam Epicharmus ſi quid inquit ſapientius mediteris nocturna opus eſt conſideratione,& omnia quæ ad literas pertinẽt noctu potius excogitantur,nec defuerũt qui cœlo ac terra has dixerint eſſe prognatas, ut neceſſe ſit hanc uetuſtiſſimam fuiſſe de hac re orationem, coronantur autẽ (quorundam ſententia) palma ob agnominationem, quod nimirum à Phœnicibus uideantur inuentæ literæ,ſed(quod magis eſt conſentaneum rationi) quia delitioſa ac pulchra & ſemper uirens et aſcenſu difficilis ac dulci fructu ſit hæc planta.

Nã φοίνιξ Græcis palmã ſignificat.

DE GRATIIS.

VT nobis ordine res dicatur etiam beneficas eſſe Iouis filias Gratias tradiderunt plurimi, quorum hii quidem ex Eurydomene eas natas

eſſe aſſeruerunt, quod maxime ex bene ſtabilitis atq; celebratis domibus dona conſueuerunt dare, hii uero ex Eurynomene etiam id addentes beneficentiores quodammodo eſſe, aut debere eſſe, quibus magnæ tributæ ſunt ſortes. At quidam ex Eurymeduſa, in idem hanc etymologiæ partem contendentes, nam propriis dominari ſolent homines, uerum Iunonē alii dederunt eis matrem quod generis nobilitate longe cæteris deabus anteſtent, & ad alium mouendum affectum introducuntur nudæ, ut quum nullam habeant poſſeſsionem ſubministrare quædam poſſent & prorſus utiliter largiri, quo quis pacto beneficus recte fuerit, quēadmodū dictū eſt illud numerū animus optimus, ſunt qui exiſtiment per nuditatem innui prompte & ſine impedimento ad bene merendum properandum eſſe, deinde his quidem duæ numero dicuntur, his autem tres, duæ quidem quum hos auſpicari beneficium eſt neceſſe, hos uero uices reponere. Tres autem, quandoquidem non recte fuerit illū cui remuneratum eſt benemeritum gradum ſiſtere, ſed iterum eſt beneficium parandum ut ſine intermiſſione id fiat, quodq; id fieri debeat etiam earum color oſtendit. Cæterum alii dixerunt unam quidem eſſe Gratiam, quæ illi q aliquid recte largitur adeſt, aliam autem circa illum cui id miniſterii confertur

fertur uerſari, Tertiam certe quæ illum qui meritum reponit comitetur, deinde quum hilari uultu beneficium conferant Gratiæ, atq; eos quoq; reddant hilares in quos beneficium collocent, primum quidem uulgariter ἀπὸ τῆς χαρᾶς *.i. a gaudio appellatæ ſunt Charites, & formoſæ dicũtur eſſe quod formam & rei probabilitatē largiantur, deinde ſingulatim hæc quidem appellata eſt Aglaia illa uero Thalia, at tertia Euphrone atq; ob id quidam Euanthen dicebant harum eſſe matrē, at alii Aglaien, at Homerus unam Gratiarum Vulcano cohabitare aſſerit, fortaſſis quod gratioſa ſint mechanica opera.*

DE MERCVRIO.

CÆterum tradiderunt Mercurium Gratiarum eſſe ducem innuentes haud quaq̃ temere, ſed cum delectu conferendum eſſe beneficium, idq; dignis, nam ingratus erga beneficum eſt tardior. Eſt autē Mercurius oratio quam ad nos dii miſerunt, quum ex omnibus quæ terra habebat animantibus ſolum hominē oratione donarunt, quod præ cæteris omnibus præſtantiſſimum habebant ipſi. Porro a conſiderando ac loquendo nomen habet, aut ab eo q, munitio quædam atq; adeo propugnaculum ſit nobis, hinc primo Diactorus .i. internuntius eſt appellatus, uel ab eo quod ſit mani-

feſtus ac uerus, uel quod noſtras cogitationes in proximorum animas referat, quare & linguæ ei ſacræ ſunt, hinc & Eriunius appellatur quod magnam commoditatem adferat & hos ſupra modũ iuuet qui eo utuntur, & Socus uocatus eſt tanquã ſeruator familiæ exiſtens, aut ut quidam cenſent, fortis, & cuſpis huius dicitur ſignũ eſſe, haud certe ad nocendum, ſed ad ſeruandum magis eſt hæc excogitata ratio, unde & ſanitatem ei fecere domeſticam, deinde Argyphontes eſt, tanq̃ argephãtes, ab eo quod euidenter omnia oſtendat ac in propatulum agat, nam candidum, argennon uocarũt ueteres Græci, aut a frequentandi uelocitate, etenim id quod uelox eſt per antiphraſin dicitur argon, chryſorapis autem, quod maximo habeantur honore ipſe ac eius uellicatio, ſiquidem non parui eſt momenti tempeſtiua admonitio, & eorum q̃ huic mentem adhibent cura. Traditur etiam preco deorum eſſe & eorum mandata ad homines deferre, preco quidẽ quũ facta uoce, ea quæ innuit oratio repræſentantur auribus. Nuncius autem quia Deorum uoluntatẽ ex euidentiis per orationem nobis datis cognoſcimus, talaria habet pedibus annexa & per aërea fertur, idq; congruenter Homero quemadmodum uocauit uerba alata etenim Irim uentoſis ac procelloſis pedibus nunciam uocant,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

*eam a nomine inducentes , adhæc animarum du-
cem eſſe Mercurium fabulantur,innuentes illi eſſe
proprium , homines uoluptate delinire obq; id ei
uirgam dant in manus,qua uirorũ demulceat ocu-
los,mentis nimirum.* Deinde iterum dormitantes
excitat, & illi in manu eſt facile impetum addere
remiſſis ac flacceſſentibus,atq; hos retrahere ac ſi
ſtere qui nimio ferebantur impetu, hinc iam obſi-
des immittere uiſus eſt,& uates eſſe ob hanc cau
ſam quũ ꝑ ſuo arbitratu uertat imaginatiões,nam
Deorum nuncii ſunt inſomnia. At anguium circa
uirgam complexus Caduceatoris typum gerens
innuit efferatorũ ab ipſo concordiam fieri,ac illũ
inter eos ortum diſſidiũ indiſſolubili modo coniun
gere,ſiquidem per id etiam pacificum apparet eſſe
preconium,ferunt autem præ cæteris qui pacẽ am
biunt florentes manu ramos ad colendorum agro-
rum memoriam reducendam,iamq; fore ut manſue
tis ac fructiferis plantis parcatur, Deinde ex Ma
ia Ioui natum eſſe ferunt Mercurium,ſignificãtes
iterum ſpeculationis atq; inquiſitionis germẽ eſſe
hoc animal , nam hinc Μαῖαι dictæ ſunt obſte-
trices, qđ ea quæ ad partũ ſpectent inquirant ac
quodammodo inueſtigent in lucem promere infan
tes. Ad hæc etiã ſine manibus ac pedibus fingitur
& figura quadrangulari,quadrangularis quidem

q; ſo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

ꝙ ſolidus ac minime lubricus ſit,ita ut & eius ca-
ſus ſit greßus,uerum ſine pedibus ac manibus, qn̄
nec pedum nec manuum officio habet opus ad id
quod ſibi incumbat agendum. Cæterum ueteres,
ætate prouectiores ac generantes,Mercurium ere
ctis genitalibus deliniabant,ſed minores,atq; æta-
te nondum adulta remiſſioribus, innuentes ad ſe-
nium uergentis ætatis hominibus fœcundam atq;
perfectam adeſſe orationem,quæ & ſi uulgaris ſit
tamen reipſa quæ proponit adſequitur, ac ætate
immaturis ſterilem imperfectamq;, Deinde in uiis
collocatur ac Triuius dicitur et Dux, ut omnibus
in rebus eo uterentur duce,quum ipſe ſit qui in con
ſiliis nos in uiam reducat, fortaßis etiam ob ſoli-
tudinem, quandoquidem & illis eius apparatu &
cultu eſt opus,eo quod inter Deos atq; homines cō
munis ſit,Vbi quis quippiā inuenerit in itinere,mo
ris eſt præfari cōmune Mercurio,qui certe rei in-
uentæ conſcius eſt,ut qui in uiis uerſetur,innuen-
tes ꝙ ei inuentū quoq; cōmune uelint eſſe,hinc ni
mirū rebus inuentis dictis Mercurialibus,Deinde
lapides accumulant Mercuriis, quiſq; ex prætere
untibus unum adiiciens, ſiue id tanq̄ utile qddam
ac cōmune ob ipſum faciens ut uia purgetur, ſiue
teſtans Mercurium, aut ut ei honorem ſignificet
ſi nihil habeat aliud qđ ei offerat,ſiue ut Mercuri

collo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

collocationem prætereuntibus faciat manifeſtio-
rem, aut innuat ex paruis partibus proferendam
orationem conſtitui. Ad hæc primus dicitur Fo-
renſis idq; merito quum ſpeculator ſit eorũ qui uen
dunt aut emunt aliquid, ut qui oratione omnia re-
cte præſtare poterit, hinc & mercaturæ præeſſe
uiſus eſt, unde & ἐμποραῖος & κερδῷος eſt
nominatus, Deinde lyræ inuentor eſt tanq̃ ſympho
niæ atq; concordiæ qua uiuentes fœliciter agũt,
nam congruentem habet addere diſpoſitionẽ. Poſt
hæc etiam illi arcanorũ ſcientiam tribuere cupien
tes, furem tradiderũt eſſe, & uafri Mercurii ere-
xerunt ſtatuam, nam illum qui proditus erat ſubla
tum occultat, ſuffuratus aliquo tenus ſua perſuaſi-
one rei uæritatem, unde nonnullos etiam ἐπικλό
ποις uafra ac fraudulenta oratione uti dicunt, et
enim fraudem componere his qui ſermone uti no-
runt eſt proprium, Deinde legalis eſſe dicitur, q̃d
ob correctionem eorum ſit poſita lex quæ in com-
muni uiuendi ratione facienda ſunt, itaq; ob con-
cordiam, ad accurate loquendi rationem transfer
tur. Ad hæc & in paleſtris eum colunt cum Her
cule, eo q̃, robur rationi comes eſſe debeat, nam q̃
ſolis corporis uiribus fretus rationẽ (quæ artes in
uitã induxit) neglectui habuerit, huic admodũ con
cinne dixeris: Infœlix tuũ te robur ꝑditum ibit.

De ſa

De fabulis quæ antiquorum literis celebrantur.

MVltas uariasq́; ueteribus Græcis de Diis conditas eſſe fabulas (ut aliæ quidē apud magos fuerint, aliæ apud Ægyptios & Africanos atq; alios Græcos) teſtimonium ceperis id qđ Homero dictum eſt de Ioue ad Iunonem hunc in modum: An non in mentem ueniat, quod ex alto ſuſpenſa eras & pedibus duas demiſerim incudes, apparet id Poeta ad ueterem fabulam referre qua fictum eſt, Iouem cathenis aureis ſuſpendiße Iunonem, eo q, ſplendorem auro haud diſſimilem habeant aſtra, atq; ex pedibus eius duas dependiſſe incudes, nempe terram & mare, quæ ad ſe aera trahunt quando ad alterutram partem abſtrahi nequeat. Ad hæc alterius meminit fabulæ de Thetide, nempe Iouem ab illa ſeruatum eſſe, quum illum Dii alii uinculis conſtringere uoluerunt, Iunoque ſiue Neptunus & attica Minerua, Apparet autē unumquemq; horum pro uirili continuo Ioui ſtruxiſſe inſidias, quum futurum eſſet ut hunc ornatū remorarentur, ſed qđ natum erat humore ſuperabundauit, & in aquam erant redacta omnia, aut igni, & aër quoq; in ignem tranſiit. Verum cum decoro omnia diſponens Thetis, hoc eſt, prouidentia Centimanem Briareum nempe diuinam potentiam

tentiam

tentiam Diis obmolita eſt,qua diſponuntur euapo
rationes undecunq; è terra prodeuntes non ſecus
ac ſi multis manibus per omnes numeros implere-
tur hæc diſtributio. Hic mihi fixius perſpice,an
ab eo qđ mundi partibus illam ademerit uoraginē
nuncupatus ſit Briareus, Ægeon dictus eſt, quia
ſemper floret ac uiget.Deinde non eſt quod fabu-
las reiiciamus nec aliarum ad alias transferamus
noīa,nec ſi quid adfictum ſit genealogiis ab his da
tis ꝓportionē faciamus.Proinde fabulati ſunt cha
os eſſe genitum,quemadmodum deſcribit Heſiodus
Poſt hoc terram & tartarum & amorē, at ex cha
os erebum & noctem prodiiſſe,uel ex nocte æthe-
ra & diem, itaq; opus eſt ſcitu ꝙ Heſiodus poſt
chaos dixit natam eſſe terram dicens: Certe pri-
mus qui inter cœlum & terram fuit locus chaos
erat & deinde: Terraq; lata omnium immorta-
lium tutum ſolum, Qui niuoſi olympi detinent uer
tices, Ac amplis dentibus tartara, receſſum latæ
terræ. Deinde amor qui pulcherrimus eſt inter
immortales Deos,Emolliens Deos ac omnes hoīes
Domat in pectore mentem & prudens conſilium,
Deinde è nocte æther & dies prognati ſunt. Ex
chaos autem erebuſq; ac nox atra prodierunt.

Nam terra per contractionem facta eſt,at aër per
retributionem,Deinde quod in aëre eſt tenuiſſimū

in ignis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

in ignis naturam abiit, uerum mare per exuctio-
nem, porro montes per terræ ſecretionem. At ē no
ćte æther, quod noctu æthera cernamus in aſtris,
& iterum niſi nox ſecedat nō fiat dies, porro cha
os eſt humidum quod ante mundi expolitionē fuit
à fundendo ſic appellatum, aut ignis quaſi chaos
ἀπὸ τοῦ καίειν .i. ab urendo, & hic ob tenuitatē
diffuſus eſt, erat enim aliquādo ô fili quicquid eſt
in rerum natura ignis, & annis uoluentibus ite-
rum fiet, at igni in aerem extincto, craſſa fit muta-
tio in aquam, quæ quidem mutatæ ſubſtantiæ par-
tes per denſitatem arripit, ac extenuatæ per ra-
ritatem, nec temere dixerunt poſt chaos terrā eſſe
factam et tenebricoſa tartara quæ terræ receſſum
noīat prædictus Poeta, quod præſumpſerit hunc
abſtruſum eſſe, at erebus cum ipſis dicitur natus,
ad generandum impetus eſt quū aliud ſimul ex alio
naſcitur, nec putandum eſt pulcherrimam ac ſpe-
ctandam hanc uim deficere. Cæterū erebus ex cha
os prodiit quandoquidem tegi & occultari aliud
ab alio ſignificat ſermo, quemadmodum & cū hoc
congreſſa terra illico conformem ſibi terram pro-
tulit, ut per uniuerſam terram eſſet beatis Diis tu-
tum ſolum, ſemper currentibus in hoc beatis aſtris
peperit autem terra è uaporationibus cœlū dicto
uulgariter cœlo quicquid circa ipſum eſt tenuis ac

raræ

raræ naturæ, nam & terra quoq; è chaos genita eſt. Cæterum primo ſeparatus à primo genito liquore aer, tenebricoſus & caliginoſus erat. Deinde attenuatus, in æthera & lumen tranſiit, ſcite igitur & hunc e terra natũ eſſe dictum eſt, at terra montes & mare peperit, idq; certe nemini in amore commixta & ſe ſane continuit mare in concauis horum partibus mutationem expectans, ac, quæ ob inæqualitatem contractionis fuerint, eminentias cepit. Poſt hæc prognati ſunt Titanes, hi certe nihil aliud ſunt q̃ rerum differentiæ quemadmodum enumerat Empedocles, Phyſo, & Pthimenen, Cnio, & Aſtemphea, Polyſtephanon, & Megiſto, ac alias multas prædictam rerum uarietatem obſcurioribus uoculis inuoluens, at à ueteribus hæc ratio Iapetus eſt appellata. ſecundũ quam etiam & animalia aſtuta nata ſunt, & in uniuerſum ſonus iſte eſt perfectus quum Iacetus. i. medicus quiſpiam exiſtat, ut uox ſonat, nam ſæpius iones litera κ loco literæ τ utuntur. Adhæc κριὸς .i. aries nominatur quod eo imperium ac dominiũ rerum quæ ſubiectæ ſunt obtineat, hinc fortaſſis et in grege κριὸς. i. aries nomen traxit, hyperion, ꝙ ſupra alia eat, Oceanus quod breui temporis ſpacio perficitur q acalarretas. i. leniter & quiete fluens appellatur, qđ lenis ac quietus eius flu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

xus ad ſolis motum appareat & βαθυδίνης.i.habens uortices profundos, qđ continuo moueatur. Porro Tethys dicitur quia omnia pura ac ſplendida reddat efficiatq;,ut contrariorum habituum cauſæ decenter his ſuccedant. Mnemoſyne cauſa eſt,ut quæ facta ſunt animo conſeruemus. Themis eſt quæ efficiat ut inter nos coeant fœdera ac ſeruentur. At Saturnus omnium quæ fiunt prædicta ratio filiis exiſtens potentior,poſtremum autẽ eũ dicunt natum quod poſt dictorum generationem ipſe permaneat,tanq̃ in ipſa generatione.fuerit tũ certe perfectior Heſiodi narratio, qui hæc quidẽ (ut exiſtimo) à uetuſtiſſimis mutuatus ſit,hæc aũt fabuloſius ſuo Marte addiderit, quo modo etiã plurimam theologiæ partem corrupit,ſed nunc ea quæ à plurimis celebrata ſunt oportet perpẽdere.

DE PROMETHEO.

QVum antiquitus promulgatum ſit Prometheum è terra humanũ genus finxiſſe conſiderandum Prometheũ eſſe dominium animæ uniuerſarum rerum inditum,cui recẽtiores nomẽ indidere prouidentiæ,nam per hanc cum alia oĩa tum è terra, idonee ad id diſpoſita, conficti ſunt ab orbe condito homines,dicitur & aliquando Ioui conuerſatus eſſe Prometheus, nam quum omni imperio multa prouidentia ac multorum præſidentia

tia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

tia ſit opus, maxime certe Iouis, ac ignem dicitur pro hominibus ſuffuratus eſſe, quod ignis uſus noſtri ingenii ac prouidentiæ ſit inuentum, Deinde hunc illum è cælo detuliſſe ferunt, eo q̄ magna illic ignis ſit copia, aut quod hinc oriantur tonitrua ictu hæc noſtra accendentes, & fortaſſis tale quippiā ꝑ ferulā adumbrat, Deinde ob id ligatus Prometheus puniebatur, aquila iecur eius radente, ſiquidem noſtra ſolicitudo prædictū lucrū cum aliis poſſidens, ſua ipſius culpa quandam experitur moleſtiam, triſtibus uitæ curis alligata, & quodammodo ob uigilantiam ad uiſcera usq; exeſa. Ahdæc Promethei dicebant eſſe fratrem natu minorē Epimetheum, moribus quodammodo incultioribus, qđ ꝓſpectiōe præuerterit illā (quæ ex contingētibus ꝓdit) ſcientiā, Nā reuera factū ſtultus cognouit patiens, ob id enim primæ mulieri dicunt conuerſatum fuiſſe, nam conuenit uecordiorem eſſe fœmineum ſexum & ſuapte natura magis poſt rem factam utitur conſilio q̄ antea. Dicitur etiam a quibuſdam & artium inuentor eſſe Prometheus, idq; nullam ob aliam cauſam q̄ quod ad earum inuentionem intellectu ac prouidentia ſit opus.

DE VVLCANO.

AT bona hominum pars artes Mineruæ ac Vulcano tribuere. Mineruæ quidē quādo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

hæc prudentia ac induſtria eſſe uidetur. Vulcano autem quod ex artibus plurimæ per ignem ſua opa exhibeant, Deinde certe æther ac ſplendor & purus ignis eſt Iupiter. At ille qui in uſu eſt ac aeri miſcetur ἥφαιϑος .i. Vulcanus dictus eſt, ab incendendo ducto nomine, hinc eum Ioue & Iunone prognatū eſſe dixerūt, & aliqui Iunone ſola, nam craſſiores ac pinguiores flammæ quodammodo ex ſolo incenſo aere materiam ſumunt, uerum traditur claudus eſſe, qđ ob materiæ craſsitudinem curſum claudicantibus haud diſſimilem faciat, aut fortaſſis quod ſine ligneo tanq̃ baculo progredi nequeat, uerum nonnulli quia ſuperiorem motum ob nutrimentum inferiori diſſimilem atq; inæqualem faciat, illo tardiore exiſtente, eum claudicare dicebant, ferunt autem Iouem illum è cœlo in terram dediſſe precipitem, quod fortaſſis qui primi cœperint igni uti ex ardenti fulminis iactu hunc adepti ſunt, quum antea nullis ingenii machinis ad ignita peruenire potuiſſent. Cæterum ei Venerem connubio iunctam fuiſſe dicunt & eadē ratione unà Gratiarum, nam (quemadmodum diximus) mechanica opera Gratiam habere, ſic & Venerem quandam illis adeſſe cenſemus, niſi id ſit ad innuendum magnam caloris uim adeſſe, in ipſo coitus impetu iſtud eſt confictum, nam fabulantur eum metuiſſe

Martem

Martem ſuam uxorem,adulterio conſpurcantem, eſt enim apud Poetam fabula, quum tamen uetuſtiſſima ſit, ſiquidem ignis robore & æs & ferrũ domatur. At illud de adulterio figmentum innuit, non admodum conuenire pugnæ ac uiolentiæ cum hylaritate ac manſuetudine,nec iterum præter naturæ legem ea connecti quum alterũ alterius commixtionem ſibi uendicet, nam præſtantius ac generoſius germen harmoniam ex ambobus conſiſtentẽ reddere ſolet, Deinde Ioui obſtetricis officium præſtitiſſe dicitur quando Mineruam parturierit,nam deſecto eius capite effecit ut illa exiliret,ſiquidem hic igni quo utuntur artes cooperario ad oſtentationẽ naturalis hoĩm ſcientiæ ipſam induſtriam tanq̃ occultatam in lucem produxit,nã qui aliquid quærant ſi inueniant id parturire ac parere dicuntur.

DE MINERVA.

CÆterum Minerua eſt Iouis intellectus haud quaq̃ diuerſa exiſtens quæ Ioui ineſt prudentiæ,quemadmodum etiam prouidentiæ Mineruæ erecta ſunt templa,prognata autem è capite Iouis dicitur,fortaſſis exiſtimantibus ueteribus hinc eſſe præcipuam animæ partem quemadmodum & alii his ætate minores cenſebant,aut forte quia homini ſuprema corporis pars ſit caput,mundi autẽ

*æther, ubi præſtantiſſima eius pars ſiet atq; ſapi-
entiæ cauſa, Deorum uertex (ut ait Euripedes) ter
ram ambiens lucidus æther, deinde matre caret
Minerua qđ peregrina ſit uirtutis generatio, nec
horum ſimilis quæ ex congreßu naſcuntur. Pro-
inde μῆτι .i. conſilio abſorpto eam peperit Iupiter,
ſiquidem ipſe prudens ac conſilio pollẽs nulla alia
ex re q̄ ex prompto conſilio ſapientiæ ſumpſit pri
mordia. Adhæc nominis Mineruæ etymologia in-
uentu eſt multo difficillima, idq; ob uetuſtatem, his
quidem ἀπο τοῦ ἀθρεῖν .i. ab eo quod omnia per-
ſpiciat appellantibus eam Athrenam, aliis autem
quod fœmina licet ſiet, minime tamen mulieribus
delitiis eneruetur, Deinde iterũ alii, quia hac ſit na
tura uirtus ut nemini ſubigatur ac nullius iugum
ferat, hinc nomen tuliſſe dixerunt, aut fortaſſis ab
æthere, quemadmodum & ueteres eam uocarunt
ætheroniam, eius enim uirginitas puri atq; incor
rupti eſt ſymbolum, tale quiddam eſt & uirtus, nã
fingitur quoq; armata, & ſic eam fuiſſe natã nar-
rant, innuentes ſapientiam ſuis ipſius præſidiis ſa
tis eſſe inſtructã ad maximas atq; difficillimas res
obeundas, ſiquidem armati maximum rebus præſi-
diũ adferre uidentur, et hanc ob cauſam illi quoq;
maſculum illud atq; gorgonium tribuere, tale etiã
quiddam glaucore eius repræſentante, etenim in-
ter*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

ter animantia robuſtiſſima quæq;, ut ſunt pardi, et leones quiddam uiſu obnitẽtibus intolerabile glaucis euibrant oculis, uerum quidam hæc illi tribuerunt quia aer eſt ceſius, Deinde id maxime rationi concinit quod in Ægidis communionem cum Ioue uenerit, quũ illa ſola ſit qua excellat Iupiter atq; omnibus anteſtet. At in ipſa Ægide caput eſt gorgonis, in medio Deæ pectore linguam exerens, qđ nimirum in omni rerum adminiſtratione præcipuum atq; præſtantiſsimum ſit ratio, deinde dracones & ulula ob oculorum ſimilitudinem offeruntur huic, cæſiis nimirum oculis exiſtenti, nam acutiſſimo uiſu eſt draco & quandam excubandi uigilandiq; uim habet, nec uenatione capi poſse uidetur. non enim decet conſiliarium uirum totam noctem ſomno tranſigere, Dicitur & Atrytone qđ nullo poſſet labore conteri, aut quia de tertio eſt æthere, Deinde Tritogenia, quoniã malis tremorẽ & metum ingenerat, non enim niſi ad malum bellum exſuſcitant, uerũ alii dicunt tria philoſophiæ ſpeculationis genera ſecundum aſtutiorẽ correctionem aut ueterem plenitudinem id habere, adhæc eam populi ſeruatricem uocarunt, quod in pugnis populum ſeruet, Deinde prædatrix eſt appellata à præda, aut quod rerum hominumq; ſit tutela, etenim ciuitati & familiæ omniq; uitæ generi præſi

dem fecere ſapientiam Poetæ, hinc & ipſa Eryſi-
polis & Polias eſt nominata, quēadmodū ipſe Iupi
ter, nā uterq; urbiū eſt pſpector. Cæterū Pallas
dicitur ob fabulatā circa ipſam iuuentutē, unde et
pellicibus ductū eſt nomē, q excutiāt atq; euibrēt
iuuenes: Deinde præcipue collocant in arcibus ex-
pugnādi atq; capiēdi difficultatē ſignificātes, aut
ut deſup fugiētes illā cōſpiciāt, Deinde p naturæ
portione editiſſimo loco ſitas eſſe oſtēdētes, adhæc
auxiliatricem & Ageleida. i. prædatricē uocant,
id quidem ab auxiliando deducentes, nam ad depel
lendam iniuriam atq; opem ferendam ſatis eſt in-
ſtructa unde & Victoria eſt appellata, ſed alterū
ab eo q populum agat ac ſtimulet, aut quod indo-
mata ſit, boum armētis ſimilis, quas ei maxime im-
molant, Deinde tibias inueniſſe dicunt quemadmo
dum & alia inter artes politiora, unde etiam la-
nificio præeſſe fertur, at poſtmodum illam aiunt
tibias abieciſſe, q animos emolliat atq; emaſculet
ab his prodiens carmē et minime uirile & bellicū
uideatur eſſe, Deinde huic donū eſt olea q floreat
ac qd habeat cæſii coloris, et oleū germanā habet
uim aliis liquoribus diuerſam, nā tempeſtiuū ac ſyn
cerū ſemp manet, ita ut uirgini bene cōuenire ui-
deatur. Martia aūt uocata eſt q dux ſit & guber
natrix præliorū et rebus bellicis ſupra modū præ
ſtans

ſtans ac aptitudo omnium, eſt autem totius uirtutis caput, Deinde equeſtrē & equorū domitricē et haſtis ſtimulantē, et ſæpius alio eam appellant noīe, & ei trophæa ex oleaceis lignis erigunt, maxime autem uictoriam iuxta eam recubitum habere fecerunt, quæ ſuperiores uincenti concedit. Deinde alata quoq; inducitur ob acrem minimeq; retrahendum ad res impetum, & traditur etiam in illa aduerſus gigantes pugna optime ſe geſſiſſe & gigan ticida cognominatur, id hac ratione conſentaneū eſt, primos è terra natos homines uiolentos fuiſſe ac furibundos, atq; ob id nondum potuiſſe hærere ac radices agere inditam illis cōmunicationis ſcintillam. At Dii illos quaſi extimulaturi ac ad ſanā mentem conaturi reducere adierunt, & præſertim quæ circa orationē uerſatur ſpeculatio iſtos debellauit & ita ſubegit ut expulerit atq; ſuſtulerit, hoc eſt, ad melius uiuēdi inſtitutum immutaris & ex hac immutatione alii facti et præpediti ſunt à Minerua attica nempe ab ipſa cognitione.

De Marte & Bellona.

ADhæc alii Dii in reipublicæ muneribus uerſantur haud quaq̃ pari modo ad cōſtantem illam ac cum ratione coniunctam uitam cōtendentes, nam turbulentiores ſunt Mars et Bellona atq; per hos Iupiter inter ſe commiſit animantia

neq; id præter rem,ne hoibus quidem, aliquando
enim bellum iniecit ut animi generoſitatem atque
fortitudinem ipſi ſibiipſis aut ſibi mutuo(qđ uirtu
ti eſt proprium)commendent, & ob hanc cauſam
Iouis filius eſt Mars dictus. At Bellonam hii qdē
nutricem,hii autem matrem,& alii iterum ſororē
eſſe Martis tradiderūt,at nullo hæc diſtant diſcri
mine,nam Enyo.i.Bellona,eſt quæ animos & ro•
bur in aciem profecturis addit,aut bene ominandi
forma quod minime concors & æqua ſit,at ἄρης
.i.Mars, appellationem habet ἀπὸ τοῦ ἀναιρεῖν
.i.à ſuſtollēdo, aut ἀπὸ τῆς ἀρῆς quod dammum
ſignificat,aut iterum per contrarium quaſi eū hac
appellatiōe demulcere niterētur ἀπὸ τοῦ ἄρσαι
ab aptando,nā uis actiua res ipſas coaptat,& for
taſſis tale quid habet harmonia quam ex ipſo fieri
fabulati ſunt. Deinde recte dicitur homicida & ho
minum pernicies & clamoſus & æſtro percitus,
quod maximus feruenti negocio a pugnantibus ſu
ſtollatur clamor, ob quam etiam cauſam nonnulli
aſinos quoq; ei mactant, ob turbulentū ac acutum
rugitū, ſed plurimi canes ob ruditatē & moleſtiā
animantis,Coli autē maxime à Thracibus et Schy
this & huiuſmodi farinæ gentibus dicitur,quādo
apud illos rerum bellicarum exercitiū honore flo
reat ac iuſtitia habeatur neglectui,Deinde uultu•
rem

rem ei ſacram faciunt quod hic maxime ſit huiuſmodi auiũ copia ubi multa ſunt cadauera quæ Martis ſunt indicium.

DE NEPTVNO.

Poſt hæc autem de Neptuno o puer dicendũ eſt, ſupra dictum eſt hunc eſſe illam circa liquidas res uerſantem potentiam, at nunc id altius explicãdum: Primum quidem eum Phytalmium uocarunt, idq; ab eo quod omnibus quæ è terra oriuntur prorſus naſcendi cauſſa eſt terræ indita humiditas, Deinde Enoſichthona & Ennoſigæum & Siſichthona .i. terræ motorẽ ac tenſorem, quia nulla alia cauſſa terræ motus generatur, q̃ quod terræ fiſtulæ ac uenæ, maris ac aliarum aquarum inundationẽ ſuſcipiant: nam coanguſtati in ipſa ſpiritus & exire ad libertatem nitentes, turbare & rumpere eam ſolent, aliquãdo & iam redditis quibuſdam mugitibus in hac eruptione, hinc quoq; à nõnullis Mugitor dicitur. Deinde mare & iam talẽ ſonum ædit, à quo & ſonorum, & clamoſum, & turbulentum dicitur: hinc etiam illi conueniunt tauri, & hos immolant ei prorſus nigros, idq; ob maris colorem, quũ maxime aquam cerulæam eſſe narrent, proinde recte eum ceruleis crinibus decorum eſſe ferunt, & huiuſmodi etiam ueſtitu inducunt. At huius rei gratia fluuios cornigeros & tau-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

taurino eſſe uultu fingunt,quod uiolentiam & mu
gitum quendam eorum curſus habeat : etenim Sca
mander apud Poetā tauri in morem barbatus eſſe
dicitur. Cæterū alio modo à nonnullis Gæochus.i.
terræ uector dicitur Neptunus, & Themeliuchus
.i.fundamentorū cōcuſſor,et ei ſæpius aſphalacos
immolant, quod in ipſo ſitum eſt ut terræ ædificia
ἀσφαλῶς.i.tute et ſine periculo ſtent. Adhæc ge
ſtat tridentē,aut quia hoc utuntur in captura pi-
ſcium, aut quia id inſtrumentū ad terram mouen-
dam eſt aptum, nam ſic dicitur. Et ipſe Neptunus
habens manibus tridentē prodiit,omnia enim fun
damenta ſuis ſedibus mouit , ſuſcipitur ab occulto
quodam,ut puto,tritone,hinc Amphitrite. At tri-
ton dictus eſt ſiue à fluxu ac impetu τ litera ſup-
flua,aut ἀπὸ τοῦ τρεῖν a tremendo per antiphra
ſin, Eſt autem triformis triton, et hac quidem par
te hominem illa uero cæte repræſentat,quia dicta
humiditas uim habet,partim utilē, partim nociuā
Deinde lato pectore uocatur Neptunus ob maris
latitudinem,quemadmodū dictum eſt,per lata ter-
ga maris. Dicitur quoq; eandem ob cauſam late im
perans ac latiſonans , ſed equeſtris fortaſſis quia
concitatius per mare fit iter,quodq; nauibus tanq̃
equis utantur,hinc & equorum curatorē eſſe his
ætate poſteriores cenſuerunt, Deinde νυμφαγέ-

της & κρηνοῦχοσ eſſe perhibetur ob prædictas cauſas, ſiquidem nymphæ ſunt dulcium aquarum fontes, eo quod ſemper uernanti ætate uideantur eſſe, aut a ſplẽdore ſic dictæ, Deinde nubẽtes nymphas eas uocant, quod nunc primũ appareant hactenus occultatæ, eo quoq; pertinet Neptuni filiũ eſſe Pegaſum ἀπὸ τῶν πηγῶν .i. a fontibus ſic nominatum, nam ob uiolentiam in mari conſpectã omnes quoq; uiolentos & magni conſilii homines ut Cyclopem & Leſtrygonas & Aloidas Neptuno prognatus eſſe fabulabantur.

DE NEREO.

AT Nereus mare eſt hunc in modum uocatus, quod natitet per mare, Deinde ſenem illũ uocant, quia cana quodãmodo ſpuma ebulliat fluctibus, etenim Leucothea tale etiam quid innuit quæ Nerei filia perhibetur eſſe, nempe ob ſpumæ candorem.

DE VENERE.

CÆterum conſentaneum quoq; eſt Venerem nullam ob aliam cauſam è mari natam perhiberi, q̃ q, ad omniũ generatiõis cauſam, motu, & humiditate opus ſit, quæ utraq; in mari abundant, deinde & eo tendebãt q eam Diones dixerũt eſſe filiam, nã dieron humidũ ſignificat, ἀφροδίτη.i. Venus autem eſt maſculam atq; fœmellam naturã

inducens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

*inducens potẽtia, & forte quod ſpumoſa ſint ani-
mantium ſemina, talem eſt ſortita appellationem,
aut ut* Euripides *commentus eſt, eo quod à* Venere
ſuperati ἄφρονες*.i.parũ ſanæ mẽtis ſint:* Deinde
*pulcherrima inducitur, quod maxime detineat hos
qui parũ mente conſtant, quæ ex congreſſu eſt uo-
luptas, tanquã alias omnes longe à ſe relinquens.
dicitur aũt amans riſus, quãdo huiuſmodi notæ ho-
minibus peculiares maxime ſunt riſus et hilaritas*
Deinde *aſſidentes ſibi habet gratias & ſuadelam
&* Mercurium, *quod ſuadela & oratione & gra-
tiis ſuos pellectent amantes, aut ob blandam ac fa-
cilem conſuetudinẽ:* Porro Cytherea *eſt dicta* διὰ
τὰς κυήσεις, *quod è congreſſu in utero concipiãt
mulieres, aut* διά τὸ κάθησθαι*.i.quod ut plurimũ
ſedeant, ac fixæ ſint amantium cupiditates*, Hinc
utiq; Cythera *inſula* Veneri *eſſe ſacra uidetur, aut
forte* Cyprus *nomine quodãmodo, concinens* κρύ-
ψει*.i.occultationi*, At Paphus *eius eſt domiciliũ*
Paphia *dicta fortaſſe per defectũ* ἀπό τοῦ ἀπο-
φίσκειν*.i.à decipiẽdo habet enim ſecundũ* Heſio-
dum riſusq; & fraudes, & ſecundum Homerum
*impoſturam, qua mentem eripit etiam admodũ ſa-
pienti.* Cæterum *eius ceſtus eſt zona ornata ut cũ
maxime, aut quod ſtimulandi uim uariamq; habe-
at efficaciã, aut quod etiam ſtringere debeat:* Vo-

catur

catur quoq; Venus cœleſtis, & uniuerſalis, atq; omniū cauſa, quod & in cœlo & in terra & mari eius potentia conſpiciatur: Adhæc minime rata nec punitione plectenda dicebant uenerea iuſiuranda, quod quatenus ad rem obtinendam ſint accommoda, his in adducēdo uti conueniat amantes. & ex auibus maxime gaudet columba, quod purū ſit id animal, ac à ſue ob ſordes animantis abhorret: deinde plantarum mirtus quidem ob arboris amicabilitatem Veneri ſacra eſſe præſumitur, atq; hæc maxime quæ Philytria uocatur, ob nomē, quod hoc pacto amor apte effertur, & ad flectendas coronas ea magis uti ſolent, ac cauēt ne πήγανον deæ offerant his quodammodo ceſtum maxime conſecrantes.

DE AMORE.

NEc eſt quod admireris, ſi quum huiuſmodi ſit ſimul cum ea colatur atq; conuerſatur Cupido, quum bona eruditorum pars hunc Venere prognatum eſſe tradiderit, qui certe puer eſt, quod amātes animo ſint imperfecto, ac facile fraudibus conuellendo: Alatus autem, quod etiā cedes ædat, aut quia non ſecus ac auis frequenter mortalium aduolet animum, & ſagittarius, quoniam amore capti perinde ac ſi tælo icti eſſent afficiuntur, neq; ſe poſtquā uulnerati fuerint, bonis adiungunt,

gunt,ſed procul illos intuentur: Deinde tribuitur ei fax,quoniã igni ſuo animos incendere uidetur. Adhæc cõſentaneũ eſt,eum appellatum eſſe ἔρωτα.i.Cupidinem,ab amatorum inquiſitione: ſiquidem ab inquirẽdo dicitur ἐρῶν,ut dictum eſt. ἴθ᾽ αὐτοῦ ἵππους ἐρέων, abi eius quæſiturus equos, hinc ut puto dicta eſt ἐρεύνη inquiſitio , ac traditum eſt plures eſſe Cupidines, ob amorum uarietatem,quodq; huiuſmodi frequenti ſatellitio obſtipetur Venus. Vocatur etiam Himeros,ſiue quod eat aut feratur ad fruendum his quæ formoſa habentur,aut per imitationem mentis Ectaſeos . ὥσ ἀνὰ μεμωρεῖσθαι. Deinde πόθος, ob oſculorũ imitationem, unde & dictio papas appellationem habuit, aut q frequenter amantes ſciſcitantur de amatis πόθεν.i.unde ueniant & ubi erant,adhæc non deſunt qui uniuerſum mundum nihil aliud q̃ amorem eſſe putarint, quum pulcher ſit & uenuſtus ac forma florida,ætate tamẽ antecedens omnia,quumq; multo utatur igni & motum uelocem ueluti ab arcu ac alis faciat.

DE ATLANTE.

HVnc autem alio pacto & Atlantem eſſe et citra negocium explentẽ ea opere,quæ ſermone de illo feruntur & ſic cœlum geſtare perhibent,longas autem habere columnas nempe elementorum

torum

torum potentias ſecũdum quas hæc quidem ſupra, hæc autẽ infra tendunt, nã his prorſus ſtabilita eſt terra. At hic ὁλοόφρων eſt dictus ꝙ τῶν ὅλων .i. uniuerſarũ rerũ curam gerat ac omniũ ſuarũ partium ſaluti proſpiciat, deinde ex ipſo Pliadas ortas eſſe fabulantur, innuẽtes illum aſtra oĩa numero plura exiſtẽtia generaſſe aſtreo & athamãti quia unus quum ſit ac ſolus rerum uniuerſitatem haud quaq̃ potuit cõſtituere, etſi maxime ei uſu ueniſſe uideatur, ut ipſe ſolus quũ ſit, maximã tamen admirationẽ cõcitarit his q eius quentioni inſiſtãt.

DE PANE.

TAlem quoq; Pana eſſe perhibent ſiquidem idem eſt omnibus, & inferior eius pars hiſpida eſt et hirta idq; ob terræ aſperitatẽ. At ſuperior humana eſt figura, eo quod mundi imperiũ quod ratione prorſus conſtat, æther obtineat, porro laſciuum ac in Venerem prouectum inducunt, quod illi naturalis ſeminis adſit copia atq; eorum quæ per congreſſum ex iis naſcuntur, adhæc in deſertis locis illum degere, per id maxime eius ſolitudinem ſignificantes, unus enim ac ſoligenitus eſt mũdus. At nymphas aſſectatur quandoquidẽ euaporationibus humiditate redditis gaudet, extra quas nihil eſſe in rerũ uniuerſitate uidetur, Deinde nebride & pardali indutus eſſe fertur ob alio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

rum atq; aliorum colorum uariegationem quæ in eo conſpicitur, Deinde tripudiator, eſſe aut fortaſſis quod omne genus uentis differatur, aut quod auſtero & agreſti ſit exercitio minimeque ad oſtentationem compoſito, ideoq; in montibus ac antris uitam exigere dicitur, & additur ei corona pinea fronde contexta, quando montanum quiddam ac magnificũ hæc habeat planta, Deinde mos obtinuit ut tumultus repentinos ac prorſus ratiõe carentes appellemus panicos, ſic enim quodammodo armenta ac greges caprarum redduntur attoniti, ſtrepitu aliquo è ſyluis antriſq; ac præruptis locis audito, nec temere illum pecudum ac armẽti ſpeculatorem fecerũt, hanc forte ob cauſam ei cornua quoq; ac fiſſas ungulas tribuentes, aut forte id per duas illas prominentes auriculas adumbrãtes, & eſt fortaſſis hic etiam priapus quod omnia in lucem producat & ſunt etiam è ueteribus heroibus qui illum ἄδρον ob ea quæ de mundi natura ſpeculati ſunt deſignarint, at uerendorum magnitudo uim ſeminis in genitalibus abundantẽ ſignificat, ſed quam ſinu geſtat omnium fructuũ miſcellaneam ſignificat copiam fructuum in ſinu terræ ſuo tempore naſcentiũ ac prodeuntiũ, inducitur quoq; cuſtos & hortorum & uitium, quandoquidem ad generantẽ ſpectat eadẽ tueri quæ generauit, quũ

hinc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

hinc quoq; ſeruator dicatur Iupiter, porro uites linguæ diuerſitatem ac puritatem innuunt, At maxime horti uariegationem & delectationem facilemq; fieri generationē, quum huiuſmodi ueſte (ut plurimum) ſit indutus. At dextra manu protendit falcem, aut quia hac ad purgandas uites utantur, aut quia ad cuſtodem ſpectat ad ſui tuitionem armatum eſſe, uel quia hæc potentia ubi res in naturam produxerit eaſdem execat & corrumpit, Deinde bonum numen appellatur quia mundus ſingulis annis, nouis iterū fructibus eſt onuſtus, aut quæ illi præfecta eſt ratio, quatenus oportet, diuidit ob iectum, boni diuiſoris munus exequens. Adhæc artifex eſt ac propriarum rerum ſeruator eo q, ſuā domū adeo pulchre ſeruet ſeq; aliis exemplar exhibeat, Deinde id amalthiecornu propria eſt illius prudentia, qua ſimul omnia impellit quæ ſuo tēpore naſcuntur. Verum haud quāq una in re id quod à rerum natura producitur, ſed confertim & uarie in periodo ditat, aut iterum demolitur ac ad nihilum redigit omnia, ob eam quæ ex ipſo fit ad laborem exhortationem, tanq̄ is qui non emolliant bona prouenirent.

De Cerere & Veſta.

Reliquum eſt o fili ut de Cerere & Veſta uerba faciamus, quarum altera nihil aliud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

quàm ipſa terra uidetur eſſe, ſiquidem hinc illi ob
id quod ſemp̃ ſtet ac fixa ſit heſtiæ.i. Veſtæ nomen
indiderunt ueteres, aut quia ſuper ipſam tanq̃ fun
damentum ſtabilitus eſt uniuerſus mundus, Dein-
de q̃ in morẽ matris educat ac nutriat omnia δή-
μητρι .i. Cereri tanq̃ terræ matri nomen fecere,
aut Iouis matri quod ipſe hominibus quæ edant af-
fatim ſuppeditarit, aut ἀπό τοῦ δήειν .i. quod in-
uenerit quæ illi maxime exquirant. Cæterum in-
ducitur nobis Veſta uirgo, quod ꝑpetuus motus re-
rum generandarum cauſa nequeat eſſe, obq́; hanc
cauſam illi à uirgine adminiſtratur. At non itidẽ
Ceres ſed κόρην.i. puellam, tanquam κόρον.i. ſatie
tatem peperit quum ſit materia ad ſatietatẽ usq;
alimenta ſubminiſtrare idonea. Cæterũ tribuitur
Veſtæ inextinguibilis ignis fortaſſis quod uis ig-
nea quæ in mundo eſt hinc nutriatur, ac per hanc
ſubſiſtat, aut quod fœcunda terra etiam animalium
ſit mater, quibus uis ignea uitæ eſt cauſa. Fingitur
autem rotunda, & per medios humeros fixa eſt, eo
quod huiuſmodi ſit terra & ſic coagulata ſedeat,
hinc per ſimilitudinem γῆ & χθών.i. terra ap-
pellata eſt forte γῆ ἀπό τοῦ χεῖσθαι .i. a capiẽdo
nempe q̃ omnia capiat ſic appellata. Adhæc prima
& poſtremo nata perhibetur quod in hanc reſol-
uantur quæ ab ea producuntur & ab eadem con-

ſtituun

ſtituuntur, quare & Græci ab illa ſacrificiorum principium ſumpſerunt & in illam poſtremo deſinebant, ſerta autem ei candida circumpoſita ſunt quod coronetur et occultetur undecunq; à candidiſſimo elemento. Cæterum δημήτης Ceres eo q; ſemina largiatur conficta eſt. non inconcinne inducitur ſpicis coronata, id enim eſt omnium quæ data ſunt homini maxime neceſſarium, uictus nimirum manſuetior, hanc fabulatur per uniuerſum terrarum orbem ſeminaſſe Eleuſinus ille Triptolimus a Cerere in alatorum draconum uehiculū impoſitus, ſiquidē è ueteribus primus intellectu dicitur aſſequutus, Deo nimirum quopiā illum ad ſublimiorem mente erigente, quo pacto hordeum tractari debeat, & quomodo euentilatione a paleis diſcernatur, hinc & κειὸσ ad ſationem eſt accommodus, inde etiam appellationem traxit ille qui hordeum conterit: Nam οὐλαί hordeum dicitur. Deinde eleuſis locus eſt ubi primū inuentū eſt & Ceres eleuſinia dicitur a prima illic inuctione hominibus reuera ad cœleſtē ac diuinam uitam facta. Adhæc perhibetur Pluto Cereris filiam rapuiſſe ob frumenti penuriam qua id tēporis tenebantur omnia, hinc enim eſt conficta Deæ mœſtities et illa per totū terrarū orbē inquiſitio, Deinde et tale quiddam apud Ægyptios ſignificat perditus Oſiris

& diu quæſitus & inuentus ab Iſide qui uiciſſim ſex menſium ſpacio ſuper terram & ſub terra moratus Adonis dicitur, quod Cereris inuentum hominibus placeat ſic appellatus quem ſus dicitur ſuſtuliſſe, eo quod ſemper ſegeti ſus noceat aut p ſuis dentem, his perplexius ac tectius deſignantibus tẽpus quo ſub terra occultetur ſeges, ſic a Venere ordinatum eſſe ut pari tempore apud Proſerpinã maneret Adonis, & qua id cauſa factitatũ eſt addam, uocarunt Perſephonem Cereris filiam eo qđ hæc operatio moleſtiæ plena ac laborũ patiens ſit aut q, omniũ abſtinentia colatur, nam ieiunant in honorem Cereris idq; ſiue ut uenerarentur illum peculiari quodam ab ea tradito modo, ſeu ut abſtinerent ab his quæ ab illa data ſunt, aut prouidentia quadam id factitates, nam quum aliquando rei frumẽtariæ penuriã immitteret Dea, poſt ſementũ propriis uſibus detraxerunt quiddam, ut ſeminandi tempore Deæ feſtum celebrarent. At uerno tẽpore Deæ uirentem herbam cũ luſu ac gaudio ſacrificant, uidentes illam uigorem immittere ſegeti ac abundantiæ ſpem protendere, hinc quoq; Plutus diuitiarum deus non inconcinne dicitur et Cereris eſſe filius, iuxta illud præ tritico atq; hordeo ô fatue diuitiæ ſunt potiores, & affluere opibus contrarium quodammodo eſt penuriæ ac fami, in quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

quod etiam reſpiciens Heſiodus inquit:
Ergo incumbe operi generoſo è ſanguine Perſæ
Te ut fugiat male ſuada fames ac foueat alma.
Tum frugum genitrix, deinde ſues grauidas immolant, idq; appoſitiſſime, fertilitatem ac concipiēdi facilitatem innuentes, offerunt quoq; illi papauera nec id quoq; temere, nam horum rotunditas ac turbinatum illud, terræ figuram, ſpheræ in morē, rotundam eſſe ſignificat. At inæqualitas illa ualles & humeros montium declarat, uerum interna hominibus & ſubditis aßimilantur. Porro quum innumera ſemina terra produxerit ob frumenti copiam a moleſto illo ac ſemper in contentionem uocato uictu deſiſtebant, unde quoq; leges quaſdam ſibi mutuo de his quæ ad terminos aliena diſcernētes ſpectabant, condiderunt, ac inter ſe diuiſis operis, non iniuria dicebant ſibi Cererem legum atq; æquitatis cauſam extitiſſe, hinc quoq; illam et Legiſlatricem appellant, nec horum ſententiæ accedo qui eo quod deponantur ac recondantur frumenta illam ſic appellatam eße ferunt. At philoſophantes ei miſteria adducere tentabant ſimul atq; ea quæ ad uictum conferunt inueniſſet, idq; adeo panegyri gaudentes tanq̄ memoriam renouarent illius quod a neceſſariorum contentione deſtitiſſent, nam μυσιᾶν ſatiari ſignificat, cōſentaneum

eſt hinc quoq; dici miſteria, unde etiam Myſia a nonnullis appellantur.

DE HORIS.

AT ob hãc cauſam dicitur Iupiter horas ex Themide ſuſtuliſſe a quibus bona oĩa nobis ſubminiſtrantur ac ſeruantur, harum autẽ hæc quidem Eunomia uocatur a copioſa atq; affluenti diſtributione, alia uero δικὴ.i.iuſtitia quod dirimat contendentes, ſed tertia εἰρηνὴ .i. pax, quod nulla alia re quàm oratione rem diſcernat, nam πολεμός.i.bellum eo qđ multas extinguat ac deleat ſic appellatur. Aut quod παλάμαις.i.manibus aduerſarios properet ſuperare.

ἀπὸ τοῦ εὖ νέμεσθαι. δική, ἀπὸ τοῦ δίχα χωρίζειν

DE BACCHO.

HAud ſane temere uidetur pax Bacchus appellari, quum mitium arborum curator atq; adeo dator ſit Deus, quando nec hæc res quoq; neglectui fuit, nam belli tempore regiones arboribus nudantur maxime. At in pace hæc quæ ad conuiuia ſpectant tum florent, quibus neceſſarium eſt uinum, at dicitur Dionyſos quod διαίνει.i.irrigat nos iucunde aut tanq̃ diſſolutor mutato α in ο & λ in υ, unde etiam illum alyſium & lyæon appellant, ut qui curas ſoluat. At ſunt qui dicant ab eo quod ad cibationem primum mons uineam produxerit, tranſiiße nomen illud in conſuetudinem

etudinem. Adhæc dicitur ignis opera matris utero
prodiiſſe, fabula nimirum calorem eius & corpo-
rum feruorem innuente, tali enim natura eſt uinū
uim obtinens igni parem, Sed apud Poetas eſt fæ-
mori Iouis inſutum ad perfectionem ueniſſe, quod
ſecūdo fœmoribus uinū matureſcat ac perficiatur
nam primum quum maturum eſt uſui prorſum im
perfectū eſt, Deinde pedibus calcatum fit perfe-
ctius, nam prima illa generatio fit in Autumni ma
turitate quæ eſt uigente etiamtum æſtu. At ſe-
cunda cū calcatione pedibus exteritur atq; id fæ-
moribus confici uidetur. Adhæc Bromius & Bac
chus uocatur quod calcantes eo primo utantur,
Deinde etiam quum ad æbrietatem eo uſi ſint di-
ſcedere huius loci uinculis. Adhæc ſtuporis ſymbo
lum Satyri ſunt ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι .i. ab hiando
nomen ducentes, At ſcyrti .i. tripudiatores ἀπὸ
τοῦ σκαίρειν .i. a tripudiando. Porro Silæni ἀπὸ
τοῦ σκλαίνειν .i. quod alios ſuis dicteriis exagitēt
At ſenidæ ἀπὸ τοῦ σεύειν .i. eo quod ruant ac im-
petu ferantur. Cæterum his omnibus innuitur
æbriorū corpus pariter & animū ſolui atq; effœ
minari, huius quoq; rei gratia fœminea fingitur
eſſe forma quod uigorem omnem carpat æbrietas,
& cornua habere dicitur quod æbrii ui utantur
ac impetum quendam haud facile tollerandum ha

beant. At ueſtis florida, Autumni inconſtantiam declarat. Verum quod multa ſtatuæ pars nuda ſit morum ſimplicitatem ac nuditatem innuit, qua ratione etiam οἶνος uinum uere dici uidetur fortaſſis, & ob id uaticinandi ars aliquando eſt tributa Baccho. at illam æbriorum turbulentiam proprie exprimere uidetur tinnitus ille & tympanorum ſonitus, quæ in eius orgia aſſumunt, utuntur multi etiam tybiis quum fructuum uindemiam faciunt, aliisq; huiuſmodi inſtrumentis. Thyrſus autē oſtendit æbriis ſuos ipſorum pedes minime ſufficere, illisq; fulcimento opus eſſe: Sunt etiam Thyrſi qui cuſpidem ferream foliis habeant obtectā, quod aliquando amarum ac triſte quid bacchicæ hylaritati ſubſit, multis ad contumeliam & offenſas excidentibus, unde etiā Mænoles dictus eſt Bacchus, & Mænades quæ circa illum uerſantur mulieres Adhæc fingitur & iuuenis & ſenex eſſe eo quod omni ætati quadret, iuuenibus nimirum illo meracius utentibus, ſenibus autem ſuauius, qui ſuauiter commiſti nymphis inducuntur & has quidem tangentes, has aūt ioco uiolare nitētes, eo quod aquæ temperamentum uino additum admodum utile ſit. Deinde pardales Dionyſo ſubiungunt atq; illum ſequi inducunt, ſiue ob coloris uarietatē, ita ut etiā ipſe & bacchæ nebride induantur aut quod aſper

rimi

rimi etiam mores temperato uini uſu manſueſcant
Adhæc illi hircum mactant quod uitibus ac ficis
infeſtum ſit id genus animantis, quam ob cauſam
hunc deglubentes in uterum inſiliunt per pagos
atticos, iuniores agricolæ, et gaudet fortaſſis id ge
nus ſacrificio Bacchus quod ipſe hircus ſit, unde
etiam aſini in pompis eius frequentant & priapi
ei offeruntur & ſphalagogia celebrantur, etenim
ad coitum facit & Venerem cit uinũ, obq́; id qui-
dam Venerem & Bacchum communi colunt ſacri
ficio, at ferula per membrorum obliquitatem appa
ret, quod huc atq; illuc circumferãtur æbrii, ſimul
quod pariter leues ac facile mouendi ſint, deinde
in montibus fere uerſantur ac ſolitudinem amant
Bacchæ, quod non in oppidis ſed in agris uinũ na-
ſcatur. Adhæc dithyrambus eſt appellatus Bac-
chus, aut quod os reſeret faciatq; ut imo pectore
recondita ſupernatent ac diffluant, aut q̃d ipſe ſit
qui ianuas cogat adire adoleſcentes, aut egredi et
excidere & clauſtra tranſilire, Deinde quod im-
petum atq; uim inferat uocatus eſt thriambus, un-
de inter triambos in hoſte paratos multis utuntur
anapeſtis quum ſcommate aduerſarium ferire ue-
lint, ac illi picam garrulam nimirum auem ſacrã
fecere & baſtarream uocant ab inceſſu, & era-
phioten q̃d contentionẽ remittat, quãdo uino pror

ſus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

ſus reconciliandi uis adſit, Deinde uiſus eſt bellator eſſe ſtrenuus ac primus oſtendiſſe bello accommodum eſſe iambum. Porro hædera coronatur ob hædriæ ad uitem ac uuas ſimilitudinem, & orybadon dicitur, natura enim per ramos arborum procacibus brachiis geniculato curſu ſcandit ac fortioribus truncis ſe implectit, Deinde theatricis auditionibus oblectatur Dionyſus eo quod conuiuia horum ſibi uſum maxime uendicent ut cantus & cytharæ, hæc enim ciborum ſunt additamēta quædam & quaſi corolarium. Porro in fabulis eſt illū a titanibus diſtractum iterum a Rhea compoſitū eſſe, quibus inuolucris obtexerunt fabulæ authores terræ filios agricolas confudiße uuas, quæq; in his uini fuerint partes, a ſe mutuo ſeparaße, quas iterum in hoc influens dulcor coniungit & unū corpus reddit. At illa apud Poetam fabula qđ aliquando fugiens Lycurgi inſidias Deus, in mare inſilierit & deinde a Thetide ſit ſeruatus manifeſtam habet ſententiam, nam ultes Bacchi erant nutrices has enim Lycurgus uindemiator exiſtens depredabatur ac deuaſtabat, Deinde uinū mari mixtum in tuto erat & hæc quidem de Dionyſo.

DE HERCVLE.

HErcules eſt ratio uniuerſis rebus indita, qua natura fortis ac ualida eſt quū ea inſupe

*ſuperabilis ac minime uincenda ſit,roboris & mu-
tuæ fortitudinis particeps exiſtens,fortaßis ab eo
qđ ad heroas pertendat nomen habens,quum hæc
ſit quæ generoſos ac ſtrenuos celebrari faciat, nã
ueteres corporis pariter & animi fortitudine in-
ſignes uocabant heroas,obq́; id diuini generis ui-
debantur participes,nec nouo rumore conturbari
poſſe apparebant, nam ob uirtutem attributa eſt
deo appellatio quum Alcmenæ ac Amphitrionis
ſit filius. deinde coniectatu difficilia Dei eſſe in-
ſignia, ex his quæ de heroe ad poſteritatem uene-
runt,fortaſſis leonis pellis & claua,ex priſca the-
ologia ad id relata ſunt, ſiquidem quum in re bel-
lica præſtiterit ac bonam terræ partem cum exer
citu peragrarit,ueriſimile eſſe non exiſtimarũt ſo
lo ligno obarmatum obambulaſſe,ſed his interſig-
niis Deum poſt obitum ab his qui beneficium eius
ſenſerint ornatum eſſe, nam utrumq; fortitudinis
& generoſi animi fuerit ſymbolũ, etenim leo ani
mi generoſitate anteſtat omnibus animantibus, at
claua armorum eſt ualidiſſima. Adhæc ſagittarius
quoq; inducitur Deus , eo quod nusq̃ non penetret
tælum, quodq́; intenſum quid habeat tælorum im-
petus,ſed haud quaquã ueriſimile eſt Herculẽ his
armis fretum hoſtium aciei occurriße, nec temere
tradiderunt Heben in uxorem habere Herculem,*

plenio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

pleniore mente preditum ut enim ad iuuenile quid faciendum intenſiores ſint manus, ſic ſeniorũ mentes multo ſunt meliores. Adhæc reor ego illam apud Omphalem ſeruitutem in illum admodum concinne quadrare, declarantibus per hanc ueteribus debere etiam fortiſsimos uiros rationi ſubiugare ſeipſos & quæ ab hac decreta ſunt exequi, etſi ſpeculatione ac rationali conſideratione incidat mollius quiddam oraculi quod non aliud appellaſſe uidebimur quàm ὄμφαλον .i. umbilicum, Porro duodecim illa certamina deo tribui poſſunt, quum neutiquam ab hoc ſint aliena, quemadmodũ etiam Cleantes fecit nec putandum eſt ubiq; eſſe rationis inuentorem ſenem.

De Apolline, & Diana.

CONcinne ô fili appellatur ſol Apollo, ac luna Diana, atq; ob id ambos ſagittiferos inducunt, longum illum radiorũ iactum quodãmodo adumbrãtes. Vocantur autem hic quidem Hecatos, hæc autẽ Hecate, quod procul lumen ſuum emittant: unde eos nõ inepte longe iaculantes cognominarunt. Verum aliqui his nominibus hecatos & hecate aliam aſſcribunt etymologiam, q; uidelicet qui hæc primo impoſuerint, ꝓ precibus his uſi ſint, precantes ne ab his procedens malum appropinquet: interdum enim hii aërem corrumpere ui-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

re uidentur, et peſtiferi influxus authores eſſe: ob id illis ueteres ὀξύς immolarunt. Hinc poëta quũ peſte populus periret, introducit Achillem dicentẽ quærendum eſſe uatem, qui dicat, cur in tantũ iratus ſit Phœbus Apollo. Atq; huius rei gratia blandiendi formula putant dictam eſſe ἄρτεμιν Dianam, quod ἀρτεμεῖς. i. ſanos faciat, atq; Apollinem tanquã ἀπολύοντα. i. liberantem nos à morbis, In quam ſententiam etiam παιήων nominatus eſt, & medicus eſt eſſe uiſus: Sunt etiam qui hinc Apollinem ἀπὸ τοῦ ἀπολλύναι. i. à perdendo atq; conſumendo dictum aſserant, nempe hunc eſſe qui mundi huius apparatum conſumat, quod ſine intermiſſione humorem undecunq; auferat atq; lunæ & ætheri largiatur, ac fortaſſis ab eo quod denſitatem ac conſtipationem ſubſtantiæ extendat ac diſſoluat, aut quod etiam tenebras depellat, ut ſimpliciter dicatur, proprie quoq; illos inducunt fratres ſibi mutuo ſimiles ac conformi agitatos motu & eandem omnibus in rebus habentes uim, & itidem ea quæ in terris ſunt nutrientes. Adhæc etiã Apollo Mars eſſe fingitur, ſiquidem feructior eſt ignis ac agendi uim habet. Porro Diana fœmina eſt ut quæ obtuſiorem ac imbecilliorem habeat potentiam, Deinde Apollo ætatem habet admodum iuuenilem, qua ætate formæ excellentia etiam ſe-

ipſos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

ipſos uincunt homines, ſiquidem uiſu eſt pulcherrimus quum purus ſit ac ſplendidus, adhæc & aliis non inepte in illum utuntur, auricomũ & intonſum appellãtes, quandoquidẽ aureo eſt aſpectu et ſua puritate relinquit a ſe omnia, Deinde et Delium uocarunt & Phanæum eo quod res ꝑ ipſum in manifeſtum agantur & mundus illuminetur, ita ut etiam Anaphæo Apollini templũ erexerint, nempe qui omnia illuſtret, & huic conſentaneum eſt quod Delum & Anaphen illi ſacras fecerunt atq; ob id uaticinandi artem ac dictam rerum declarationem illi tribuerũt, ac quod Delphis inuentum eſt oraculum, cognominarunt Pythium eo quod huc cõfluentes mortales πυνθάνονται. i. ſciſcitentur ea quæ ad ſe ſpectent, eſt & iam hic locus dictus terræ umbilicus nõ quod dimidium ſit eius, ſed a reddito in eo uaticinio quod Omphe græce dicitur. Porro loxis. i. incuruis & obliquis exiſtẽtibus oraculis loxias eſt nominatus aut propter obliquitatẽ itineris quod per zodiacũ circulũ faciat. Cæterũ Muſicus & Cytharœdus inducitur quod concinne ac decore omnem mundi partẽ pulſet moueatq; & ſe ſociũ omnibus partibus adiungat nulla eius diſſonantia in rerum natura conſpecta, ſed temporum ad ſe mutuo ſymmetriam in ſummo (non ſecus ac ſi ad numerum) ſeruet &

animali-

animalium uoces, ipſe nimirum aliorum corporum ſonus exiſtens ac per ſe ſiccitatem quo facilius ad auditum uox ueniat præſtet, & hinc Muſarũ dux et cuſtos uocatus eſt, & Muſis colludere putatur, nã ut ait Heſiodus è Muſis et longe iaculante Apolline uiri Poetæ ſunt, terreſtres reges & hanc ob cauſam eſt illi cygnus ſacer qui canendi ſuauitate & corporis nitore reliquis auibus anteſtet. At a coruo abhorret quod colore ſit inauſpicato, & è lauro illi corona nectitur, quod tractabilis ac ſemper florens ſit planta, ac facile quoq; aduritur & ad purgationem peculiarem quendam uim habet, itaq; nõ inſcite puriſſimo ac maximã urendi uim habenti Deo attributa eſt, aut fortaſſis nomen eius, quodãmodo ἀπὸ τȣ͂ διαβαίνειν deductum, effecit, ut accommoda ad uaticinium uideretur. Cæterum tripos ob plenitudinem ternarii numeri ei datus eſt, deinde etiam a tribus æquidiſtantibus circulis, quorũ unum quidem ſecat ſol anniuerſarũ motum conficiens ac duos pertingit. Adhæc quum graſſante peſte, ut in omnibus uidetur, armenta paſcat & continuo eadem ab initio corrumpat peſte, ei gregis cuſtodiã tribuerũt, Lycium & Lupicidam appellantes, nec temere Agyeus uocatus eſt, utpote in uiis collocatus, nam exortus has irradiat ac lumine implet, ita ut illi con

δάφνη ἀπὸ τȣ͂ διαβαίνειν.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

trarium dictum ſit, occidit ſol & obſcurabantur omnes uiæ. Etiam leſchenorium appellant illum, quod diem tractandis nugis ac mutuæ conuerſationi exhibeat ac noctem depellat. Deinde P*æana aut per antiphraſin deprecando ne morbos immittat neq; corrumpat ſpiratum a ſe aera, ſiue quod reuera corporis ſanitatis author ſit ob bonam aeris temperiem.*

DE ÆSCVLAPIO

V*T iterum ordine rem exequamur Æſculapium ex* A*polline natum eße dicebant qui mortalibus medendi artem oſtendiſſe uiſus eſt, nec id certe miſterio uacare equum fuerit, dictus autē eſt Æſculapius quod ad mortem uergentem inclinationem reiiciat atq; repellat, obq; id illi draconem appingunt, quod quiddam huic neutiq̄ diuerſum patiantur qui medendi arte utuntur, idq; hac de cauſa q̄a è morbis reiuueneſcant ac ſenectutem exuant, ſimul etiam quum attentionis ſignum ſit draco qua plurimum opus eſt in re medica. Cæterum baculus huiuſmodi rei ſymbolum eſſe apparet qđ niſi tali cura erigamur ac confirmemur, cōtinuo ad imbecilliorē ualetudinē equo citius prolapſuri ſimus, dicitur quoq; Chiron enutriiſſe Æſculapium & in medicæ artis ſpeculationibus, Æſculapii Hepeonem, nomine haud quaq̄ ocioſe in fa-*

bulam aſſumpto, nempe quod innuat turbationum ſedationem per ſuauem medelam induci.

Seorſum de Diana.

Diana lucifera eſt nominata quod ſuũ ſplendorem iaculetur ac circum fuſum aerem quodammodo illuminet, idq; in plenilunio. Deinde Dictina illã uocant q, huc ſuos deiiciat radios, nã δίκειν iacere ſignificat, aut q, in omnem terræ angulum ſuam uim exerat. Cæterum uenatoriam ipſam & ferecidam & ceruos figentem & monticolam inducunt, idq; aut q, in feras uertere cupiant ab hac procedens malum aut q, noctu maxime appareat, ſiquidem noctu altum ubiq; ſilentium, quemadmodũ in ſyluis ac deſertis locis eſt, ita ut in huiuſmodi locis uideri poterit oberrare, extra hoc qđ commenti ſint illam arcu inſignem ſemper uenari Cui concinit & illud quod huic canes ſacros eſſe putarint, qui ad uenatum accommodi ſunt, ac ad cuſtodiam & ad latratum nati. Atqui uenatrix uiſa eſt qđ non deſiſtat nunc perſequendo nunc iterũ fugiendo ſolem. Deinde in zodiacum tranſgrediatur ac ſigna celerius tranſeat, quum etiam uelocitate uenatrici non diſſimilis ſit, ac quum maxime terræ uitium ſit ſydus, in montium uerticibus eam uerſari perhibebant, Triformis autem (nam eadem eſt quæ Hecate dicitur) inducitur qđ tribus for-

mis ad plenitudinem redigatur luna, nempe quum curuata eſt in cornua & quum in orbē ſinuata & tertio alium quendam habitum eam fingunt aſſumere iam pene exacto menſe, nunquā enim impletur circulus, hinc etiam eſt appellata Triuia ac triuiorum cuſtos eſt habita qđ triplici modo mutetur per animalia incedens. Porro ſole interdiu ſolum apparente, hanc autem noctu & tenebris lucentē & incedentem nocturnam & noctiuagam & terreſtrem uocarunt ac ſubterreſtribus Diis ſacra facientes, eam quoq; cum illis honorare incœperunt, & adfictum eſt in morem inferorū hanc contaminare & etiam contaminari, quim eam ueneficiis opitulari credunt, ac his quoq; additum eſt illam luctu & cæde gaudere: Vnde nonnulli moti ſunt ut ſacrificiis abſurdis, nempe cæde humana, illam placarent. Deinde illi triglæ.i.mulum piſcē ſacrū fecerunt, idq; ob nomen, nec ullam aliā ob cauſam dicta eſt in uiis uerſari, quàm qua Apollo & Iupiter, Videtur quoq; multis eadem eſſe hæc & Lucina dicta quaſi ἐιλουμένη .i.currens indefeſſa ꝑ terram, quam precantur ſibi uenire mitem ac zoniſoluam parturientes, nempe cui in promptu eſt contractū ac arctum ſinum diſſoluere atq; alleuare parientis dolores. Adhæc plures Lucinæ traduntur fuiſſe qua ratione etiam plures amores diuerſi

enim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

enim mulierum partus ſunt non ſecus atq; aman-
tium cupiditates. Deinde fulgens Luna fœcundat
quæ concepta ſunt atq; huic in manu eſt præſtare
ut uel creſcant uel pereant uel manifeſte laborẽt,
deſinas itaq; mirari ſi ueteres alia ſentẽtia Dianã
incorruptam, nec quicq̃ puritate ſoli inferiorẽ pu
tarint, at alia parturientibus propitiam quum in
huius ſit facultate naſcentia facili partu in lucem
promere, Deinde iterum alia ratione horrendi ac
mali qd habere quemadmodũ de Hecate diximus.

DE INFERNO

A*T poſtremo animas accipientẽ aera* ᾅδην
uocarunt ob tenebras (ut ipſi quidem cen-
ſebant) quum prorſus nobis diſparuerint qui eo
ſub terram conceſſerunt, Porro mutatorem uoca-
runt, quin & Clymenos dicitur qđ ipſe τοῦ κλύ-
ειν*.i. auditus author ſit, ſiquidem nihil aliud eſt*
uox quàm percuſſus aer. Deinde per faſtidium
eum beneuolum ac bonum conſultorem uo
carunt, ut qui rebus humanis bene
conſulat, quum huius opera
laborum ac curarum
requies nobis ſu-
perindu-
catur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

LVCIANI

DE ASTROLOGIA ORATIO, Iodoco Velareo interprete.

De Cœlo ac Syderibus iam mihi ſermo eſt, non quidē de ipſis Syderibus, ac ipſo de Cœlo, ſed de uaticinio ac uæritate quæ ex his in hominum uitā deriuetur, at mihi oratio admonitionem haud quaquam habet, neq; doctrinam pollicetur, quonā pacto id uaticiniū aſſequi poterimus. Sed hos uellico q ſapientis nomē ferentes, quū alia quidem omnia meditata exercitataq; teneant, & ſuis ſectatoribus ea enarrent, aſtrologiam autē ſolā nec honore habent, nec exercitio colūt. Quæ certe philoſophia neq; nuper ad nos uenit, ſed eſt opus ueterum regum qui pietate in deos præcelluerunt, At noſtri ſeculi homines, quæ illorū eſt inſcitia & ſocordia, ac inſuper ignauia, longe his diuerſa ſentiunt, & ſimul atq; in uiros inciderint, mendaci uaticinio aſtra nituntur in inuidiā trahere, ac ipſam aſtrologiā odio habent, nec ſunt profecto ſana ac uera opinione imbuti, ſed uidētur mihi temere, ratione niti falſa ac uentoſa. Etenim fabri in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

bri inſcitia fabricæ ineptia nõ eſt neq; tibicinis ruditas muſicæ eſt imperitia, uerũ hii q̃ artiũ imperiti ſunt. Porro in ſe quæq; ars culta ac polita eſt, Itaq; primum Æthiopes hãc mortalibus rationem in apertum protulerũt, uerum his cauſſa fuit partim gentis ſolertia (etenim inter cætera etiã reliquas nationes anteunt ſapientia) partim regionis fœlicitas, perpetua enim tranquillitate ac ſerenitate detinentur hic omnia, nec iſtam anni reuolutionem ac uiciſſitudinem patiuntur, ſed uno in ſtatu temporis agunt perpetuo. Quum igitur uiderẽt Lunæ ſydus non ſibi perpetuo ſimile, ſed multiforme ac noua ſubinde figura immutari uiſa eſt illis res admiratione ac meditatione digna, hinc autem diligenti indagatione horum cauſam in lucem aperuerunt, nempe Lunæ proprium non eſſe lumen, ſed illi id a Sole uenire. Inuenerunt quoq; & aliorum ſyderum motum quos utiq; planetas appellamus, ſoli enim inter alia ſydera mouentur. Adhæc naturam eorum ac potentiam, ac quæ quisq; conficit opera, quin & illis nomina indiderunt, non nomina (ut ſibi uſi ſunt) ſed ſigna quædam. At hæc quidem Æthiopes in cœlo deprehenderunt, poſt, uicinis ſuis Ægyptiis hanc tradiderunt rationem imperfectam quidem illam, ſed Ægyptii ſemiperfectam ab his uaticinandi artẽ acceptam in medium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

excitarunt ac uniuſcuiuſq; menſuram motus aperu erunt & annorum & menſium ac horarum diſpo ſuerunt numerum, ac menſium quidem ſpatium luna, atq; huius reuerſio erat, anni autem ſol ac huius circuitus, qui & alia ſcrutati ſunt multo horũ medio uſi, etenim ex uniuerſo aere atq; aliis ſyderibus erratibus pariter ac cœlo fixis et non uno ſimul motu raptis, duodecim ſecuerunt partes, & domeſticorum animalium unumquodq; in aliam formam imitatione effictum eſt, partim marmorum, partim hominũ, partim ferarum, partim uolatliũ, partim pecudum, hinc certe & multifaria habent ſacra. Nec enim omnes Ægiptii ex duodecim una ſignis uaticinantur, Sed alii alias partes in ſuum uerterunt uſum, & arietem quidẽ colunt quicũq; in arietem reſpexerunt, deinde piſces in cibatum non recipiunt quicunque piſces deſignarunt, nec hircum mactant quicunq; capricornum uenerantur, atq; alii alia pro cuiuſq; cultu ac ueneratione, quin certe & taurum in honorem cœleſtis tauri uenerantur, & apis illis res ſacerrima regionem depaſcitur, et huic uaticiniũ attribuunt, ſignũ illius è tauro uaticinii, deinde haud multo poſt tempore Aphricani quoq; hanc rationem inuaſerunt ſiquidem ad Aphricanos ſpectat illud Hammonis uaticiniũ atq; in aera illiusq; philoſophiam eſt il-

lud de

lud de Hammone dictũ & huius arietina facie fe-
cerunt ſimulachrum. nec quicquàm horum latuit
Babilonios, Sed ad hos (ut ipſi quidē dicunt) ante
alios, at mea quidem ſententia, longe poſt hæc per-
uenit ratio. Porro Græci neq; ab Æthiopibus,
neq; ab Ægiptiis de aſtrologia audierunt quicq̃,
Sed hæc illis Orpheus Æagri & Calliopæ filius
primus enarrauit, neq; id perinde dilucide nec
quoq; in publicum protulit hunc ſermonem, ſed ſo-
lum ad præſtigias ac theologiam quandam illius
uergebat ſententia, nam compoſita lyra orgia fa-
ciebat, ac ſacra modulabatur ad lyram, porro ſeptē
intenſa filis lyra, errantium ſyderum harmoniam
innuebat, & hæc Orpheus inquirens ac mouens
omnia demulcebat, nec quicq̃ erat quod non hoc
pacto ſuperaret ac uinceret, nec certe ad hanc ly-
ram habebat oculos defixos neq; alterius muſices
curam geſſit, Sed hæc magna eſt Orphei lyra, At
Græci hãc uenerantes in cœlo locum tribuerunt.
Nam magnus ſtellarum globus Orphei lyra appel
latur, Nam ſi quando Orpheum uideris aut lapide
ac coloribus effictum in medio ſedet canenti ſimi-
lis, manibus habēs lyram, at illum cingunt in orbē
infinita animalia, inter quæ etiam homo eſt & tau
rus & leo & horum unumquodq;. At ubi hæc ui
deris tum tibi ob oculos obuerſetur qualis illius cã

tus, qualis lyra, ac qualis taurus & leo Orpheum audiant, uerum ſi horum quæ dico cauſſa tibi in exploratum fuerit, certe in cælo horum quodq; contẽplaberis. Cæterum dicunt Tyreſiam uirum bœotiũ qui uaticinandi gloria admodũ celebrabatur, græcis declaraſſe ſydera, quum alia maſculo alia iterũ fœmineo polleant ſexu haud quãq̃ parem in rebus conficiendis uim obtinere, & hãc utiq; ob cauſam duplicis naturæ uitæq; fuiſſe fabulantur Tyreſiam nempe aliquãdo marem aliquando iterum fœminã. Adhæc quum inter Atreum & Tyeſten de capeſcẽdo à patre relicto imperio mota eſſet contentio haud certe obſcurum eſt maxime græcos aſtrologiam ac cœleſtem illam ſapientiam curæ habuiſſe, nam pro communi Argiuorum utilitate cenſuerũt hunc reipub. ſuæ gubernaculis admotũ iri q̃ alterũ anteſtaret ſapientia, hic certe Thyeſtes quidẽ illũ (qui in cœlo eſt) arietem deſignatum oſtendit, hunc autem aureum Thyeſti fuiſſe agnum eſt in fabulis. Atreus autem de ſole ac ortu orationem habuit, nempe ſolem contrarium mundo agere curſum. i. læuum, ſemper illo in dextram præcipiti, deinde qui nunc mundi occaſus eſſe uidetur, hunc ſolis eſſe exortũ, Hæc quũ diceret, illũ Argiui ad regale faſtigium ſubuexerunt, & ſapientiæ fama fiebat celeberrimus. Nec certe his diuerſa de Bellerophonte

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

rophonte ſentio, nam mihi imperare nequeo ut credã illi alatũ fuiſſe equũ, Sed puto hanc ad ſapientiã aſpirantẽ, altumq; ſapientem & aſtris conuerſantem, in cœlum nõ equo ſed mente conſcendiſſe. Idem quoq; mihi de Phryxo Athamãtis filio dictũ fuerit, quem per æthera aureo uectum ariete uiam ſulcaſſe fabulantur. Quin etiam & Dedalum illum Athenienſem (eſt enim peregrina hiſtoria) illum inquã id haud extra aſtrologiã agitaſſe cenſeo, ſed hac ſibi maxime utebatur & filio ſuo enarrauit, Verum Icarus ætate ac ineptia præpeditus haud quaquam rectum inquiſitionis iter ingrediebatur, ſed in polum mente ſublatus uæritate excidit & ab rationis orbita prorſus aberrauit, atq; in pelagus datus eſt in præceps, nempe in illum rerum abyſſum, de quo tamen aliter Grecæ habent fabulæ & ab ipſo quendam in mari ſinum temere Icarium nuncupant. fortaſſis & Paſiphae a Dedalo audiens de tauro in cælo apparente & ipſa aſtrologia, ſermonis amore capta eſt, hinc Dædalum arbitrantur illam tauro iunxiſſe. Nec deſunt quoq; qui in partes hanc ſcientiam diſſecent quorum ſinguli alia inuenerunt, hii quidem quæ ad Lunã ſpectant, illi autem quæ ad aëra, alii iterum quæ ad ſolem, collegerunt, ac curſus eius. Porro quæ ad Lunam ſpectant nempe de motu eius ac potentia

primus

primus hominum deprehendit Endymion. At Phaëton ſolis curſum coniectabat, neq; id uere, nam de hac oratione imperfecta poſteritati relicta, diem ſuum obiit. Proinde huius rei ignari ſibi perſuaſerunt Solis fuiſſe filium Phaëtonta, & hac de re fabulam neutiquam credendam narrant, nempe illum ad patrem Solem aggreſſum lucis currus moderamen petiiſſe, illumq; huic dediſſe & pariter aurigandæ artis admonuiſſe. At Phaëton conſcē ſo curru præ imperitia ac ætate nunc ſpacio terræ propiore fertur, nunc iterū procul a terra ſublatus, mortales intollerando frigore ſimul ac æſtu enecat. Adhæc Iouem indignantem maxima ui fulminis Phaëtonta diſturbaſſe ferunt. At illum delapſum circumſtetiſſe ſorores, magnum cientes luctum donec formam mutarint & nunc eas in populos transformatas eſſe & electrum ab earū lachrymis deſtillari. ſed id certe ita geſtum non eſt nec pium his fidem habere, nec Sol filium ſuſtulit, nec illi eſt morte ereptus filius, Narrant quoque Græci & alia multa fabuloſiſſima quibus ut credā certe mihi imperare nequeo, quo enim pacto pium eſſe poſſit credere è Venere natum eſſe Æneam, è Ioue Minoa, & Marte Aſcalaphum & Autolycum Mercurio. ſed hii ad unum omnes Deorū cultui dediti erāt, quin et die natalitio hunc Iupiter

alium

alium iterum Mars reſpexit, nam quæcunq; hoc punctulo temporis in corpus humanum dominium obtinent ſydera, hæc non ſecus ac parentes oĩa in hoc ſibi ſimilia reddunt, & colorẽ, & formam, & opera, & mentẽ, ſic rex Minos Ioue regnante, ſic pulcher Æneas Venere rebus cõſulente natus eſt. Porro fur fuit Autolycus, nam furandi ars a Mercurio promanauit. Itaq; neq; Saturnum ligauit Iupiter, nec in tartarũ præcipitauit, nec alia ſcrutatus eſt quæcunq; arbitrantur mortales, ſed rapitur Saturnus impetu procul a nobis ſemoto & eſt illi quoq; tardus motus, quem uiſu non perinde facile poterimus aſſequi ob'q; id illum ſtare commemorant, non ſecus ac uinculis præpeditũ. Deinde magnam illam aeris profunditatem tartarum uocant, & certe liquidiſſime didiceris illam priſcorũ ſapientiam Aſtrologis conciniſſe quum illam Iouis cathenam deſcribit Poeta, & Solis iactus ego ſane dies eſse coniecto & ciuitates clypeo a Vulcano inſculptas & cætum illum & campum. Deinde quæcunq; illi de Veneris ac Martis adulterio ac ipſa adulterii proditione dicta ſunt, haud aliũde q̃ ex hac philoſophia prodierunt, ſiquidem Veneris ac Martis concurſus Homero dedit huius cantus originem, Porro et in aliis carminibus cuiusq; horum opera diffinit Veneri dicens:

Mollia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

Mollia connubii tu certe munera tracta.
At hæc de bello.
Hæc Marti fuerint curæ innuptæq; Mineruæ.
Hæc certe quū perſpicerent ueteres maxime uaticiniis utebantur, nec id ſane ſecundo loco habuerunt, immo nec oppida cōdiderunt, nec mœnia circumduxerunt, nec bellum mouerunt, nec matrimonia inierūt niſi prius ſingula a uatibus didiciſſent etenim extra aſtrologiam nullus erat illis prorſus uaticinandi modus, uerum apud Delphos uirgo eſt cui ædendi oracula officium incumbat, cœleſtis puritatis typum gerens, & draco ſub tripode loquitur eo quod in aſtris draco appareat & dubia mihi ſententia Apollinis oraculum fluctuare uidetur, at illud a cœleſtibus geminis nominatur. Deinde res adeo ſacra erat illis uaticinium ut certe Vlyſſes poſtquam diutinis defeſſus erroribus comperti aliquid uoluiſſet de ſuis ipſius rebus audire, ad inferos deſcenderit, non ut opaca uideret tartara & horrentem triſti formidine cætum, ſed Tyreſiæ in colloquiū uenire cupiēs, uerū ubi ad locū quem illi deſignaſſet Circeueniſset, foueam effoſſit & oues mactauit, quumq; multæ adeſſent umbræ quibus matris quoq; fuit commixta, illiſq; ſanguinem bibere uolentibus non prius id permiſit cuiq̄ ne matri quidem ipſi anteq̄ hunc guſtaſſet Tireſias atq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

as atq; illum coëgiſſet uaticinium aperire & ſe co hibuit ac repreſſit, matris quoq; umbrã tanta pre mi ſiti conſpiciens. Cæterum Lacedæmoniis Ly curgus omnem politiam e cœlo ordinauit & roga uit illis legem ut nusq̃, ne in bellum quidẽ progre derentur anteq̃ pleno eſſet orbe Luna, non enim parem eſſe uim exiſtimabant creſcenti ac ſeneſcẽti Lunæ, omniaq; ab illa gubernari perſuaſum ſibi ha buerunt. At ſoli Arcades hæc non recipiebant, ne q; aſtrologiam habuerunt honore idq; præ amen tia ac inſipientia, nam genere ſe Lunam antecede re aſſerunt. Maiores itaq; noſtri erga uaticinãdi artem tanto ducebantur affectu. At noſtra tempe ſtate hii quidem, homini in manu eſſe negant, ua ticinandæ artis inuenire terminum, illumq; neque recipiendum neq; uerum, nec Martem aut Iouem in cœlo noſtri gratia ſuum curſum peragere, imo rerum humanarum cura prorſus illos non tangi nec tantum cœlo nobiſcum eſſe ſocietatem, ſed il lud per ſe circumferentiæ cauſa uolui. Porro alii aſtrologiam ueram quidem, inutilẽ tamẽ eſſe aſſe runt, nec certe uaticinio auerti poſſe quæcunq; fa tali lege eueniunt. Ego ſane ad utramq; rationem hæc habeo quæ dicam: Nempe ſydera ſuam uim ſer uare, ſed præter curſus ſui propoſitum, ea quæ ad nos pertinent operari, nam ſi non neges equo cur

rente

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

rente & auibus aut hominibus commotis lapides ſubſilire ac paleas uentorum impetu commoueri, at ſyderũ raptu nihil aliud fieri q̃ pro motus propoſito aſſeres? et certe quum modici ignis ad nos ueniat defluxus, nec prorſus noſtri cauſa ignis ardeat (non enim illi curæ eſt noſtra calefactio) at ſyderum nullũ recipiemus defluxũ? Atqui in aſtrologia ſitum non eſt quæ praua ſunt bona reddere nec rerum defluentium quicquam immutare. Attamen hæc utentibus id adfert commodi, nam futura bona diu ante tempus etiam exhilarant præſcium At præſaga mali mens id neutiquam grauatim ſuſcipit, non enim illam præter ſpem ac de improuiſo inuadit, ſed ex meditato atq; expectato obueniuntia facilia ac mitia ducuntur, at hæc certe eſt mea de Aſtrologia ſententia.

FINIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

SERENIS.

PRINCIPI DOMINÆ ISA-
bellæ, Daniæ, Suetiæ, Noruegiæ, Go-
thorum, Sclauorum, Vandalorumq́;
reginæ, Archiduci Auſtriæ, Du
ci Burgũdiæ, Brabantiæ etc.
Comiti Flandriæ etc.
Dominæ ſuæ cle-
mentiſſimæ

EPITAPHIVM

Cornelio Duplicio
Sceppero au-
tore.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

EPITAPHIVM
Iſabellæ Illuſtriſſ. Danorum Reginæ.

QVam cernis gelido recubantē marmore le
Indutam exuuiis ô libitina tuis. (ctor
Cæſaris illa ego ſum CAroli germana, ſed orba
Iamdudum regnis ISAABELLA tribus.
Si genus inquiris, ſummo eſt è ſtemmate ductum,
Longus,& è multis regibus,ordo ſcatet.
Si formam , potuit charo placuiſſe marito,
Quina cui ſoboles,me pariente, fuit.
Si uitam,uario & multo eſt tranſacta labore,
Forſan in hac,dices quod quereremur,erat.
Nondum luſtra ferox lacheſis tria fecerat,& me
Traxit Hymen patria de regione procul.
Atq; dedit ſociam DANO conuiuere regi,
Cumq; hoc fortunam iuſſit utramq; pati.
Feci,& quam dederat mentem DEVS,ipſa ſecuta
Seruaui caſtos fœmina caſta thoros.
Non me ullæ ſortes,non me ulla pericla,nec unq̃
Flectere congeſtæ me potuere minæ.
Sum profugum comitata uirum per mille labores,
Cumq; hoc exilium,quod tulit,ipſa tuli.
Me ſæpe inſomnes ducentem Cynthia noctes
Præteriit,laſſis dum ueheretur equis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

Sæpe etiam Phœbus, turbatam ut mente uidebat,
Hæc ait à charo coniuge cura uenit.
Deniq;, ſi in caſto labi queat uxor amore,
Hac plusq̃ reliqua, labe notanda fui.
Annoter ipſa licet, feci, & feciſſe iuuabit,
Pertrahit ad ſuperos me labor iſte Deos.
Cætera quid? decus, & tituli, tot regna, tot urbes,
Depereunt, ſola hæc gloria fixa manet.
Hoc cineres ſequiturq; meos, ſemperq; ſequetur,
Maior & ex iſtis gratia rebus erit,
Talibus in curis terna Trieteride uixi,
Quarta laboranti meta ſuprema fuit.
Hoſpitio exceptam, & morientẽ FLandria uidit,
Heus quantum fatis detulit illa meis?
Nec mors hæc mihi dura foret ſi Danica coniunx
Imperia, & magni regna teneret aui.
Si deſerta ſuum ſequerentur pignora patrem,
Si tegeret cineres Dania licta meos.
At fruſtra hæc mea uota fluũt, manet æthere in al
Qui regit arbitrio ſingula quæq; ſuo (to
Hunc præter, ſupero quicquid miramur in orbe,
Eſt ſimul & laudis, & rationis egens.
Quare age quiſquis ades, uana hæc ludibria mũdi
Gaudiaq; exemplo ſpernere diſce meo.
Nil mihi nũc proaui nec opes nec ſtẽmata proſunt
Non ætas, & quæ forma pudica fuit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

EPITAPHIVM.

Non fratres, quorum imperiũ terra omnis adorat,
  Non germanarum turba relicta trium.
Diſpar conditio longe eſt uitæq;, necisq;,
  Si qua fuit uirtus, hæc modo ſola iuuat.

ALIVD.

DANIA me coluit, pulſam GERMANIA uidit,
  Primum ortum dederat terra Brabanta prius.
Nulla harum potuit morientem cernere, ſed quæ
  Ganda habuit mentẽ, nunc quoq; corpus habet.

ALIVD.

Tempora ſi queris, quæ me rapuere ſub umbras
  Accipe, & in memori ſcripta reconde ſinu.
Pectore ſub medio Phœbum cernebat Aquarius
  Marsq; horam tenuit, ſed Venus ipſa diem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

Erratula quædam.

In epiſtola præfixa uirum ut doctißimum ſic literatos omnes fouentem, at ſic ſcriptum erat in autographo: uirum ut doctiſſimum ſic maxime literatos omnes fouentem. In calce eiuſdem epiſtolæ ſic leges : quod facile q̄ quod plena manu datur. Quaternione primo cap.de Cæneo ſe ꝑ ſed. In cap.de Phrixo, ſentiiſſet,lege ſenſiiſſet. Quaternione f cap.de Veſta,conſtituuntur,lege conſtituantur. Eodem quaternione fo. 2. illum, lege illam. Quaternione g fo.6.conciuiſſe lege concinuiße. Quaterniōe g cap.de inferno lege ἀίδηρ. *Quaternione g cap.de Diana uitū terræ ſydus,lege uicium terræ.*

Ioannes Grapheus excudebat,impenſis honeſti uiri Gregorii Bontii, Anno
M. D. XXVIII.
menſe Octobri.

CVM PRIVILEGIO CÆSAREO

AD TRIENNIVM.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]



Ἡ ἀγάπη πάντα στέγει.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]

e



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 72 [35,-148 8°]